

**S Y N O D U S
D I O E C É S A N A
A N G L O N E N S I S.**

108

3

1

卷之三

1946-1950


19. 19. 19. 19. 19. 19. 19. 19. 19. 19.

SYNODUS
DIOCESANA
ANGLONENSIS
AB ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO
FR. D. HECTORE QUARTI
E P I S C O P O

Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani

C E L E B R A T A

In Cathedrali Ecclesia Tursiensi secundo, & pridie
Kalendas, necnon Kalendis Maij MDCCXXIX.



NEAPOLI MDCCXXIX.
Ex Typographia Januarii Mutio.
Ex publica authoritate.



Bonu[m] J[oh]n[es] d[omi]ni Agnelli orozari. 1729. die 31. a[nn]o =

AMAZONOID

Other to the other standard field

CHOCOLATE

Wheat & Corn Meal Biscuit

and a 3rd place in the long jump. He left the school in 1911.

EXCELENTISSIMO SIGNORE

Gennaro Muzio pubblico Stampatore, supplicando rap-
presenta a V. Ecc. come desidera dare alle Stampe il
Sinodo Diocesano fatto, e pubblicato da Monsignor Vescovo di
Anglona, e Tursi, per tanto supplica V. Ecc. restar servita
di commetterne la revisione a chi meglio le parerà, e del tut-
to, ut Deus, &c.

Rev. D. Michael Lombardus videat, & in scriptis referat.

MAZZACCARA R. Sp. Reg. Miro absens.

PISACANE R. Sp. Thomas R. non interfuit.

CASTELLI R. Sp. Reg. Ventura non interfuit.

PEYRI R.

Provifum per S. Exc. Neap. 12. Novembris 1728.

Athenaefius.

EXCELENTISSIME PRINCEPS.

Stnodus Diocesanam ab Illusterrissimo, & Reverendissimo Do-
mino Fratre D. Hettore Quarti Ecclesiae Anglonensis Episco-
po meritissimo, septem ab his mensibus in Cathedrali Tursensi
celebratam, ac summa omnium gratulatione absolutam, Te
jubente; Princeps Excell., summa animi mei laetitia, ac ala-
critate perlegi. Nec solum nihil in ea, quod Regia jura lac-
detet, reprehendi, sed, ut facias quod sentio; vigilantissimi,
ac nobilissimi Praesulis quanta fuerit in Synodo hac concin-
nanda styli puritas, & elegantia, quanta in adhortando cle-
mentia,

mentia , & mansuetudo , quanta in reprehendendo severitas , ac majestas , quanta in condendis legibus aequitas , & prudentia , quanta in pietate fovenda ardor , ac zelus , summopere sum admiratus . Illud arbitror in mentem habuit , dum Synodum hanc meditatus est , inchoavit , absolvit , quod Dominus Jeremiae dixit : *Ego constitui te super gentes , ut euellas , & destruas , & disperdas , & dissipes , & adfices , & plantes* . Ubi enim bonus Agricola accipit vineam illam suam , quam Coelestis Pater familias plantavit dextera sua , multis in locis , prunis , & vepribus abundare , ad illam excolendam , Synodalem hanc actionem convocandam , celebrandamque decrevit ; in qua ne deinceps Aper de *Sylva eam exterminaret* , Sanctionum sepibus vallare conatus est ; & ut floreret semper , quod expurgandum vidit , eradicavit , & quod vidit plantandum sevit , ac seminavit . Qua de re ad Anglonensis Dioecesis utilitatem , ac bonum , ad Ecclesiae rotius decus , & ornamentum , ad Omnipotentis Dei gloriam , & honorem , eam typis dari posse censeo , dummodo iudicio meo Exc. Tuae accedat authoritas .

Datum Neapoli VI. Decembris MDCCXXVIII.

Exc. Tuac

Humill. , Addictiss. , & Obsequentiissimus Famulus
Michaël Lombardus .

Visa supradicta Relatione imprimatur , verum ante publicationem
servetur Regia Pragmatica .

MAZZACCA R.
ULLOA R.
PISACANE R.
THOMAS R.

VENTURA R.
CASTELLI R.
PEYRIR.
Sp. Regens Miro absens .

Provissum per S. Exc. Neap. 15. Decembris 1728.

Athenaeus .
IN-

(I)

I N D I C T I O
D I O E C E S A N A E
S Y N O D I .
F R A T E R H E C T O R Q U A R T I

Dei , & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Anglonensis ,
& Tursiensis , Praelatus Domesticus , Solioque Pontificio
Alistens , Eques Hierosolymitanus , ac Sacrae ejusdem
Religionis in tota Lucaniac Provincia Conser-
vator Privilegiorum , atque Protector ,
Baro Anglonensis , &c.

*Dilectis in Christo Dignitatibus , & Canonicis , Abbatibus ,
Archipresbyteris , Curatis , Cantoribus , Vicariis foraneis ,
caeterisque Beneficiatis , & Clericis Dioecesis Anglo-
nensis salutem in Domino sempiternam .*



T. PRIMUM ad Anglonensem istam perve-
nimus Ecclesiam , ad quam , affluente
Dei misericordia , ex Apostolicae Sedis gra-
tia vocati fuimus , quantum humeris no-
stris onus , cui quidem ferendo minus pa-
res nos dignoscebamus , impenderet , fe-
rio respicientes , Dioecesim illico nostram
peragrimus . Accepimus gentium mores ,
eosque velut in cibrum deductos diu agitavimus , & cum
pauciores , quam voluissemus , consisterent ex optimis iis ,
quos huc illuc diffusos invenimus , pluribus adhuc opus esse
consideravimus , ut nullus concreti nobis agri locus de-
A scro-

sereretur incultus , & universus , industria nostra , satius
 germinaret . Dioecesanis id posse legibus assequi , videba-
 tur , immensumque propterea jam tum cogendae Synodi de-
 siderijam nos invasit : et non levioris momenti curis , su-
 premisque Apostolicae Sedis imperiis alio nos traducentibus
 praepediti , in hanc usque diem deventum est , quominus
 tum voluntati , tum miseri nostro satisficeret . Vires igitur
 in praesentiarum Deo nobis dante ; protractam haetenus
 Dioecesanam Synodus habendam indicimus III. Idus Apri-
 lis hujus anni MDCCXXVIII. ; Et velut ferenda leges Ec-
 clesiasticos praecepit viros respicient , idcirco vos omnes
 memoratos Dignitates , & Canonicos , quos per amanter
 invitamus , Abbates , Archipresbyteros , Curatos , Canto-
 res , Vicarios foraneos , omnesque Clericos Beneficia Ec-
 clesiastica etiam simplicia obtinentes , vel iisdem Beneficiis
 quomodo cumque suffectos , vel inservientes , item & uni-
 versos , qui de jure , vel consuetudine , ad praescriptum Sa-
 cri Tridentini Concilii , interesse debetis (nisi justa vos cau-
 sa a Synodo cognoscenda detineat , quo casu Procurato-
 rem sufficientis) hac unica vice monemus , atque requirimus
 ut , sub ~~populis~~ a Sacris Canonibus & Apostolicis Constitu-
 tionibus proponitis , enunciata die in Cathedrali nostram
 Tursiensem Ecclesiam conveniatis cum habitu proprio , & in-
 signiibus unicuique ex ordine convenientibus , ibidem ,
 usquedum Synodus dimittatur , permansuri . Curate interim
 universi animarum curam gerentes , ut Deus invocetur , quo
 actioni huic nostrae clementer e coelis adspiret . ideoque ab
 hac Synodi nunciatione ad diem usque , quo eadem habe-
 bitur , feria quaque quinta Missam solemnem de Spiritu-San-
 tho celebribitis , & quacumque die Dominica post vespe-
 ras Sanctissimum Christi corpus exponetis adorandum ,
 canendo , antequam recondatur , Sanctorum litanias ,
 & preces quibus ante versiculum illum : *Ut nos exaudiere*
digeris : adjicietis hunc quoque tertio repetendum : *UT*
SYNODO DIOECESANAE ADSPIRARE , ET BENEDICERE
DIGNERIS : itaut omnium votis tanto nobis divini gratia

Spi-

Spiritus possit succescere , quanto potiori ejusdem , ad rem probe perficiendam , auxilio indigemus . Populum item vestrum , priusquam ab Ecclesiis discedatis , visitare , praesertim vero infirmos , mementote , ac oves vestras , ne in deteriorius agant , probo alicui Sacerdoti ad confessiones audiendas per nos approbato , qui eas pascere possit , relinquite . Ac tandem quaecumque ad divinum amplificandum cultum , ad spiritualem omnium promovendam utilitatem , & malum , siquod lateat , removendum conducere posse putaveritis , accedentes , refereris . Nos interim pastoralem vobis benedictionem ex animo impertimur , eamque , precamur , de coelo confirmet Deus , a quo perfectae benedictionis fructus procedunt . Tursii ex Episcopalibus aedibus IIX. Kalendas Martii CCCCXXXIX.

F. Hector Episcopus Anglonensis.

Eques Sebastianus Bartholomaeus Beurenus; a Secretis.

(IV)

PROROGATIO CELEBRATIONIS

DIOECESANAE
SYNODI.
FRATER HECTOR QUARTI
EPISCOPUS ANGLONENSIS

*Universo Urbano, ac Dioecesano Clero salutem
in Domino.*



UUM indiximus Dioecesanam Synodus, & vix modicum, quod intercedebat, temporis intervallum sustineremus, tanta nos divini cultus augendi, populorumque vel vendae, vel excitandae pietatis, ac religionis invaserat cupidio, tamque simul incenso Cathedralis nostrae Ecclesiae studio ferebamur, ut nihil habuerimus antiquius, quam animum adjicere, si quo pacto eamdem coram oculis universae Dioecesis, quasi sponsam ornatam viro suo, apparare possemus. Nescimus autem qui fiat, ut ea, quae maxime, ac diutius percupivimus, aegre animo nostro moram quamcumque ferente, adhuc protelare oporteat. Dudum siquidem admovimus erigendis altaribus manum, certa veluti conjectura nobis blandientes, in constitutum tunc congregandae Synodi tempus omnia absolvenda fore. ast, opere nondum ad umbiliculum perducto, in plena haetenus tignis, marmoribusque Ecclesia commode versari haudquaquam posse comperimus. Indictam propterea Dioecesanam eamdem Synodus, rebus ita

ita ferentibus, quamvis inviti prorogamus, ac eam, quae III. Idus Aprilis incipienda fuerat, III. Kalendas Maji habendam esse nunciamus. Omnes autem quos per superiorem Synodi inductionem requisivimus, convenire omnino mandamus; ita tamen ut si aliquis ob infirmiorem valetudinem, vel imbecillam prorsus aetatem in viam se dare, & itineris incommodum ferre non posset, is dumtaxat eas, quas per se non valet, per Procuratorem idoneum partes mandet exempli, & excusationes legitimas a Synodo probandas adduci. A commendatis interim precibus non modo non cessent, sed ardentiora dirigant vota, quibus felix tantae, ac tam gravis actionis successus impetrari, & coelestibus gratiarum thesauris ab ipso gratiae authore Domino possit unusquisque repleti. Tursii ex Aedibus nostris pridie Kalendas Aprilis

CICLOCCXXIX.

E. Hector Episcopus Anglonensis,

Eques Benvenuti a Secretis?

EQUI-

E Q U I T I S
SEBASTIANI BARTHOLOMAEI
 B E N V E N U T I
Praemissa ad Synodum
O R A T I O .



ORUM omnium, Praesul optime, quos, amplitudini thuae quam obsequentes, hic coactos cernis, horum, inquam, omnium animos, oculosque in me unum, quem in sublimem hunc locum collocandum delegisti, conversos vides, quasi magnum quiddam, quod a me diceretur, expectarent. Ipse vero mearum virium cum imbecillitatem respicio, rem profecto invenio eorum expectationi respondentem: Splendidissimum enim genus tuum summa cum humanitate conjunctum si palam proferre conabor, novum nihil adducam, quo Auditorum ornatissimorum suminam, in te benevolentiam, summaque officia valeam adaugere. Si tuam in rebus cunctis incredibilem prudentiam referam, eam nullus est, qui satis superque non norit; si tanta moderatam sapientia Dioecesim ostendam, istam non ii modo, qui libertissime tuis paruerunt imperiis sunt experti, sed tota haec tam fortunata Provincia, Regiones proximae omnes sunt admiratae. Quid, ergo, novum loquar? Quid Auditoribus meis humanissimis maxima de te, nec minima a me expectantibus modo recenseam? Quid, inquam, loquar? Tuam, sane, Pastoralem solitudinem, vigilatiamque a nullo anteactis, nostrisque temporibus alio Antifite superatam, tuamque illam cumulatissimam divinarum

re-

rerum omnium cognitionem, & scientiam admirabilem, res potius ipsa, quam oratio prosequetur. Implenda est etenim flagrans admodum hujusce ordinis voluntas eo usque in amorem tui progrediens, ut nihil unquam ardentius appetivisse videatur, quam ad praecones laudum tuarum se accommodare. Sed dum adstantium intueor desiderium, quod remissum aliquantum velim, temperantiam tuam aliter suadentem intelligo: non enim profecto patereris ea de te dici, quae, non ad comparandum nomen, sed ad morem ingenio tuo gerendum, direxisti. Inter haec duo prorsum contraria versor, dubiusque propterea haereo, cuinam potius assentiar; si enim minus dixero quam ut virtutibus tuis debeat, inanis me officii partes assumpsisse patebit, sin laudes tuas nulli caeteroquin ignotas tetigero, aliquid vereor, ne mihi succensere possit. Quid agam? Quo me vertam? Implorabo benignitatem tuam? patientiam? Immo vero ad aquitatem configiam. Nam si ea edocemur, suum unicuique tribuendum esse, cur ego in te excelsissima coeli munera non praedicem? At ne praedicabo quidem: modestia tuae paream: quid inde? Dabis ne, ut pauca inter amplissimum virtutum tuarum numerum, quo velut corona quadam praecingeris, colligam? Dandum, sane, erit, ita videlicet omnia sunt aperta, ut nullo possint taciturnitas velamine obduci. Illa ego quanta moderatione tractabo, tanta tu tolerantia sustineto; nam ut Auditoribus satisfias, luculenter pro viribus oratione nostra curabitur.

Carebat ovile istud Pastore, & ut ad optima salutis pescua semper properavit, ita tum trepidare, & ad modestiam se convertere occuperat: nam, & a voracissimis lupis caulas Domini circumduci, & in obliquum facile deflecti posse, intelligebat. Assiduis propterea precibus, custodem a Dominis precabatur, qui gressum dirigeret, & cuius vigilantia ab inimicorum rapacitate vindicaretur: quam te sibi praefectum fuisse, id, quod divino putayit consilio factum, accepit. Continuo tam impatienti te videndi cupiditate flagravit, ut, moras omnes increpando, momenta, quibus advenires,

nires , diligentissime numeraret . Nimium, profecto (quamquam vix quantum sufficerat tardasses) tibi Romam esse gratulatam , nimium temuisse te Romam dolebat . Accedis denique exspectatissimus ; nec pia haec Civitas cunctanter , ubi te adfore nunciatum , obviam provolavit . Patuerunt effusae portae, coactaeque undique certatim gentes, inusitato gaudio permotae , tantum inhiabant , ut vix adventui tuo vel plaudere potuissent . Sacrarum aera turrium gestienti manu agitata insonuerunt, iteratosque saepius pulsas diu, ac libentissime sustinuerunt, & communem populum alacritatem comitata sunt . Humi vix pedem imponis, atque veneranda fratrum tuorum manus occurrit desilenti , atque in Ecclesiam istam sponsam tuam , quam tibi tantopere in deliciis futuram praevidebant, repetitis laetitiae , & amoris argumentis , adducunt . Religionem hic tuam satis patefeceras , conversoque gradu , triumphales hinc inde paratos ingrederis arcus . Domum te confers : ast nondum prope dixerim , domum aspexas , ad perlustrandam illico Dioecesim animum advertis . Exigebat , sane , Pastoris, quam diu non respexerat , praesentiam Dioecesis ipsius necessitas , et quodvis vigilans etiamque quavis vigilantissimi Praesulis imbecilla senectus impar fuerat . Tu cum necessitate huic consulere proposuisti , tum ex animo id postmodum exequitur es . Nihilne vero te delicata naturae conditio , generis claritudini apprime respondens , a bene concepto consilio valuit retardare ? Nihil domus commodum immorari te potuit ? Nihil patentes undique , quas facile inter tot labores offendere poteras , salutis injurias pertimuisti ? At ego patientia abutor tua . Tantum etenim , respondes , te muneri debere tuo , ut illius te dumtaxat pigeat , quod maiorem operam divino augendo cultui non contuleris , maioresque non effuderis e fronte sudores , quibus & posteris exemplum relinques , & Ecclesiae decus adderes , & supremi auxilium Numinis pro rectius administranda in postrem Dioecesi tibi comparares . Verum enimvero quid majus curare poteras , quod non curaveris luculenter ? Difficillima

(IX)

ma quaeque loca; longis, diuturnis; aspermisque itineribus;
 inter horrentes ventorum impetus, inter coelorum pertime-
 scendam inconstantiam, per ardentes Solis radios, per me-
 dios manantes imbres, mox juxta maris litora, modò ad
 summa montium cacumina evadere aggressus es. Quidquid
 hoc tempore ad probos inducendos mores, improbosque
 repellendos egeris, perfecerisque, eadem, quae tua praesen-
 tia loca condecorasti, si vocem emitterent, nonne praesefer-
 rent? Narrarent ingentem fidelium numerum sacro a te
 Chrismate delinitum, Christianam doctrinam a te ubique
 obfirmatam, eam publice & palam a te pueris omnibus,
 quos aptis ad conveniendum muneribus alliciebas, tradi-
 tam; Conclaves a te ipso tanto extollendae religionis ardo-
 re succenso assiduo habitas, exempla optime data nar-
 rent. Quid autem ad Cleri reformandam disciplinam decre-
 veris, atque sanciveris, plena a temetipso dictata volumina
 continent: ostendunt divina Cathedrali, & Collegiatis of-
 ficia restituta: morales inductae casuum conscientiae qua-
 stiones ad id comprobandum obviae feruntur. Quid ergo,
 tua non contentus egregia, & quidem insuperabili vigilan-
 tia, quid ergo, inquam, conquereris? Miremur licet haec
 omnia, te tamen, veluti Pastoralis muneric partes adhuc
 accurate non expleveris, tristem agis?

At nova festinant. Quomodo, te Antistite, Ecclesiae tuae jura
 tam firmiter custodita? Quia nimirum, contestatis undique li-
 tibus, gravissimos judiciorum sumptus, alaci quidem, ac li-
 bentianimo suscipiendos, ferendosque vigilantia tua illa spe-
 ciatissima suadebat. En novus, te pariter Antistite, teque sua-
 fore in Cathedrali Canonicatus antiquo coeterorum numero
 adauertus. Anne summa tua Cathedralis ejusdem cura, & Pon-
 tificales actiones, quarum nullam praetermittis, & quas tanta
 cum majestate, crebritateque exercere solitus es, parvi pon-
 deris esse arbitraris? En Theologalis praebenda, juxta Tri-
 dentini (^a) Concili jussum, atque Summorum Pontificum
 decreta, est a te protinus instituta. En Seminarii ap-

B

parent

(^a) Seeff. V. c. I.

parent Aedes instauratae , optimi eidem dati praeceptores , puerisque alumnis , jam est id abunde refertum . Sacra-
trii quoque hujus amplificati fundamenta, quibus novae ma-
gnitudo molis innititur, ad duos de quinquaginta usque pe-
des effossa vidimus; nec ignoramus, Ecclesiam istam optimis
laudatissimorum artificum operibus totam te exornandam af-
sumisse. Accedit his adauctam ipsam fuisse a te tanto impen-
dio, novisque aedificiis , inter quae tabularium extrectum ,
Episcopalis Clari-montis sedes ; ultiro se offert ad levandam
pauperum necessitatem frumentarius cumulus erectus; fertur
que ob oculos splendidissima haec Major Ara electis marmo-
ribus , lapidibusque formata , iisdemque , quae videmus ,
perspicuis ornamentis , argenteisque vasis , & candelabris
instructa ; in quae omnia tantum licet assequi te impendisse,
quantum ab Episcopali patrimonio tibi venerit , itaut do-
mestica, cui nonandum cessisti, pecunia te adhuc vixisse, perne-
cessario , veluti res ipsa suadet, credendum sit. In his itaque,
pluribusque aliis , quae praeterero , praeclarissimis ejusmo-
di rebus gestis cum universa te studia collocasse perspicuum
maxime sit : spoliis, & cibis, & vestimentis egregia , & qui-
dem insuperabili vigilantia , conquereris? quid te , veluti
Pastoralis muneric partes adhuc accurate non obiveris , tri-
stem agis?

Verumtamen satis de sollicitudine tua nos retulisse ultro concedamus, jamque ad enucleandam tuam doctrinam descendat oratio. Quamquam huc etiam spectabit, vigilantiam illam perpetuam virtutis comitem simul, & sociam denuo attingere; eam tamen tunc iterum recensebimus, cum ab ipsa non ortum, sed magnum quoddam incrementum obtinuerit virtus, cuius non obliviscemur, at postremum eidem locum, quo magis emineat, concedamus. Perlustrata itaque, tot arduis laboribus, assiduisque vigiliis, amplissima Dioecesis, septem, & triginta Oppidis longe inter se distantibus circumscripta, cum oves tuas apprime cognosceres, nominatimque appellare, egregius Pastor, didicisses, ut facilius earum bono consuleres, ac depravatos, quos forte,

invenisti mores ; plane propulsares , Synodum hanc jam tum convocare statueras . Condendis vero legibus infatigabilem Pastorali curam entem simul , ac manum ad moveras , quum sacrorum explenda liminum visitatio ab incepto cessare juber . Quintus erat supra vicesimum universalis Indulgenciac annus , quo uberrimi gratiarum thesauri fidelibus referantur , illudque propterea etiam suadebat eximia illa pietas , cuius facile impulsus sustinere non poterat . Idem denique postulabat fervens , quo ferebaris , invisendi Sanctissimum Catholiceae Ecclesiae custodem BENEDICTUM ; audiendi nova ab ipso ecclesiastica jura de promta , religiosissimaque illius , quae postmodum imitarere , vestigia contemplandi . Arrepto itaque itinere Romam pergis ; quae te Urbs tam hilari vultu advenientem suscepit , ut in nullum unquam visa fuerit ; quam in te , propensior . Illic dum moraris , en iterum Diocesum suo carentem lumine obumbrata squaloris invasit image , nec ultum , praeterquam reversionis ~~tunc~~ cogitatio , delinimentum , moestium obsequientibus animis firmius inhaerentem levare aliquantulum potuit . In pristinum dumtaxat lactitiae locum restituta est , quum te , tot gravissimis ad bonum publicum pertinentibus expeditis negotiis , summisque a SANCTISSIMO gratiis reportatis , rediisse cognovit .

Reditas itaque , non tamen populis tuis omnino restituendus . Cum enim in Sagittariensi Monasterio , contra veterem Cisterciensis Ordinis formam , plura emersissent , quae nisi plane destitutam , reperfactam saltem regularem disciplinam indicabant ; e vestigio , Censor a PONTIFICE O. M. designatus , ad locum pergis . Velim tamen dicas , cur tibi potius , posthabitis tot aeque doctrina viris praelucentibus , tantam ac tam gravem rem demandaverit , & ita demandaverit , ut absoluta modis omnibus facultate tibi concessa , interdictoque reis quocumque appellationis beneficio , dirimendum iudicio dumtaxat tuo negocium voluerit ? Nescirete , at ~~ver~~ nullum sanae mentis , si rationes expendat , late re potest , te uniforme PATRE SANCTISSIMO dilectum fuis .

se, quia non minus doctrinae, quam probatae illi prudentiae tuae plurimum ipse confideret. Confidit itaque in primis prudentiae, nec religiosissimus ille Princeps, qui omnia habet perspecta, deceptus fuit; nam ea sic palam se protulit, ut a servato rerum ordine dignosci facile potuerit! Visitatos ipsos (nec enim verum celari, vel potest impingi) quicumque ii fuerint, appellamus; ab iisdem gestorum seriem tuorum flagitamus, atque requirimus. Num te non dicent uni cum illis mensae, & quidem frugali jussae insidentem, & iisdem eorum contentum dapibus vidisse? Negabunt benignitatem illam singularem tuam, qua omnes secundum amplectebaris, dum commendatae visitationis partes sedulo explexes? vel se potius ipsos humanissimis practeribunt adhortationibus dignatos, mitissimisque, at salutibus poenis affectos? Haec autem omnia prudentiae non tribuemus? Tribuemus quidem, ab eaque tantum dicemus te fuisse adjutum, ut universa ad optimam, quae aliquando decesserat, frugem revocata fuerint. Has propterea cunctas, quae suae sunt, prudentia tua sibi laudes ~~cumuleret~~ sufficiat, que doctrinae ~~admodum~~ ~~admodum~~ ~~admodum~~ rerum, voluminumque multitudo, quam Sedes ipsa Apostolica, ut optimo te munus obiisse significaret, plurima commendatione, prosequuta est.

Jam vero novum ad oves tuas, ad tuas curas regressum recensemus. Eliminatis, qualiacumque fuerint, Monasteriorum illius malis, quae totum nisi inficiebant, tamen perturbabant ovile, tum omnium ita in te crevit amor, ut nulla quis credidisset significatione satis indicari posse. Si supremus ille, dicebant, Romanae Ecclesiae princeps Praesulem nobis divinitus datum dignum inter primos existimavit, cui tantum fideret, quemque tantis prosequetur favoribus, cur nos non dignum maxime putemus, quem summis studiorum partibus observeamus? Stabas inceps multa populum obsequia nihil elatus. Nihil, inquam, elatus. Nam quis unquam de grege minimus occulatum ad te invenit adiutum? Tanta omnes excipiebas humanitate, & in tuae oenibus

(XIII)

nibus patebant aures, ut non modo, quod quidem maximum est, in taedium te venisse ullus intellexerit, sed a te tamquam fratrem perspectum, iterato, se, ubique locorum sermone, jactaret. O quam bene tanta comitas generis claritati conjugitur! O commendabilem, iuvandumque morem! O dignum, de quo mille fama linguis onusta praedicet!

Afficiebas interim diffusis largiter praemiis bonos, dum malos non confovebas, & his potius beneficia illis reddita, quam debita maleficiorum peccata, proponebantur. Hinc cum omnes ad aemulationem incitarentur, malefactorum quemque pudor subibat, veraeque imitationis inducebatur major desiderio cultus. Utile erat, obtinendae compensationis fiduciam popularum mentibus inhaerere: sterilis enim virtus, quae priva fortassis habebat, jam tum secunda efflorescere, eupitouslyque reddere fructus incepit. At tu, qui, collatis undique magnificencie tuaq; viribus, tot gradus non reperiebas, quot benignitas tua extollendas virtutis gratia postulasser, quibus reliquos, quamvis meritos, tamen vacuos, provexisse censendum est? Commendationis honore, reportatisque obtinendorum pollicitationibus, solatus es. Non ita acceptum promptus debitor mutuum statuta die reddere cogitat, velut tu promissa dissolvis: nec ingentes Dioecesis curae ulla valent oblivione, quod minimum menti dederis detere, cum mens ipsa tua vastissima omne datum opportune, & quandcumque volueris parata, reddat. His itaque modis, tuisque praesertim propositis exemplis, ita mores omnium & instituta formasti, ut nec illi religiosiores inveneri, nec ista ornatiora possint optari.

Praedilectorum veniat pauperum semper circum testantium caterva, duplicatamque in te beneficentiam invenisse fateatur. Elanguescens aliquis fame, in emittenda, quam non valet, voce se non defatiget, nec, muta illa misera nudaque loquacitate, districtum os ad pietatem inducendam, exigendamque opeim adaperiat: tu vix equidem ex piis,

quo-

quorum consuetudine uteris , viris nosti , continuo praestos . Quid perusta solis igne , vel rigentia frigore membra nudus ostendat ? Certior ea de re fias . efferatas , sanc , non amplius temporum pertimescat injurias . Quispiam nubendam num retulit virginem inter varia mundi pericula fluctuantem , quam non a dedecoris vadis viderit emersam profecto nullus . Quid , itaque , pluribus immorer ? Tantam patet miserorum tibi curam inesse ; ut cum nihil antiquius , quamquod eorum consulere necessitat in mentem habuisse videare , tum necessarium illud consequitur , quod reliquam tibi faceres , dummodo auxiliandis erogares . Adeste modo singas hic tibi quam solicitum in quaerendo jure litigatorem . Isto nulla humanarum rerum conditio infelior . Attamen coram te positum placidus retinenda quietis ardor extimulat . Felicissimum quinimmo sese iudicat , si consilio acquiescens tuo , abjecta confessim omni litis memoria , diremisque amice controversiis , mutuacum adversario benevolentia se conjungat . Ubi vero non exsolvenda facile implicatarum actionum ambiguitas te judicem , & ad suum pugnandum , latere caeteroqui lubenter judicium , quia non ad superaddendos sibi sumtus compere adinatum , ampliatumve , sed in finem solicite intendere , & ad justitiam aqua sibi lance ministrandam videt properare : videt perscrutandis a te diligenter juribus vigilis diesque , noctesque integras dari . Nullum ea propter de summa sententiarum tuarum aequitate conquerentem , vel potiora jura aliis in judiciis intentantem , intelleximus . Noverat quisque te , cum liberalibus quibuscumque disciplinis ab ineunte usque aetate in Clementino Collegio institutum , tum Summorum decreta Pontificum , ac piissimum jussa Principum ita callente , sic adhuc , quod impossibile fuerat , velle potuisse , judicio certo tuo falli minime valeres . Se ipsum deinde quisque noverat , & quem judicem priori actione habuisse gavisus fuerat , patrem postmodum consulere , & experiri quaerebat , modo ut quamvis (nunquam contigit) iure suo cecidisse putaret , coram

te

te tamen, paternae vocis dulcedine raptus, immode dic laetatur.

Cum itaque tantum in te solicitude, & scientia locum obtinuerint, ut, perlustrata tanto labore Dioecesi, tot hominum millibus Saero Chrismate confirmatis, inducta Christiana doctrina, eaque a te pueris tradita, Concionibus assiduo habitis, Divino aducto cultu, Ecclesiaeque tuae juribus tam firmiter custoditis, nihil adhuc censueris perfecisse: inane est, ad te suadendum, reliqua epilogi claudere. Ad proponendum tamen firmum de te exemplum, ad tolleendum altius Auditorum obsequium, nostrumque contestandum, resumimus novum in Cathedrali Canonicum, alterum Theologum institutum, resumimus instauratum Seminarium, resumimus hoc Sacrae extructum, Ecclesiam istam novo plastium opere illustratam, amplificatas Clari-montis Aedes, aedificatum Tabularium, Frumentarium cumulum erectum, Aram hanc marinoram huic Sponsae tuae praedilectione datam. Nec practereundum ducimus, Sagittariensis Monasterii visitationem tanta prudentia absolutam, nec virtutem inductam, atque remuneratam, nec pauperes in deliciis habitos, largiterque coadiuvatos, nec denique jus tanta doctrina expensum, justitiamque tam recte cuique redditam, atque ministratam.

Caeterum cum propositionem nostram jam praetervecta videatur oratio, plura atque plura quamvis de te dici possent, nihilominus tamen cum amplissimi ordinis munus invadere rudis calami nostri nequaquam sit, aliis describenda ingenii quamlibenter relinquimus. Quo magis dumtaxat ad percipiendam legum tuarum gravitatem adstantes adducantur, & ne subita deprehendantur pertractandarum rerum novitate, Synodi hujus condita a te sanctissime, doctissimeque decreta brevi sermone perstringimus; nunciamusque de Catholica fide, eaque profitenda, de Haeresi, Veneficiis, & Maledictis profligandis de Christiana doctrina apposite tradenda, de Festorum dierum cultu, observantiaque, tractandum esse. Sacris Oratoribus praedicandi modus,

(XVI)

dus, Universo gregi Templorum nitor, atque reverentia, Sacrarum Imaginum, & Reliquiarum veneratio, Indulgentiarum utilitas, Jejuniorum religio, proponetur. Ecclesiasticorum proventuum distributio, recolligendorumque cura quibus committenda patebit. In Chorum, Divinaque Officia, per Dioecesim, inque Cathedrali, qua ratione conveniendum; qua lege Sodalitates moderandae, Supplicationesque obeundae, intelligetis. Agetur de Funeribus, & Sepulturis, de Piis testamentis, atque legatis, de Ecclesiasticorum bonorum conservatione, de Ecclesiastica immunitate. Mox quaestibus imponetur modus, immundus concubinatus canonicis poenis multabitur, dignosceturque cumulate qualis Clericorum vita futura sit. Moralium exinde causum conscientiae disceptationes, Parochorum, & Vicariorum foraneorum munia, Seminarii regulae, occurrent. Sacramenta novae legis omnia recensebuntur, desideratae in initianis qualitates, designatique tum Judices, tum Synodales Examinatores aperientur. Ut denique Constitutiones universae religiosissime custodiantur, summa, eaque jure-jurando promittenda, de Synodalibus testibus requiretur industria, poenarumque comminatione cavebitur. Ex his, quae summatim modo retulimus, cum singularem prope Praefulis nostri ornatissimi scientiam simul, & vigilantiam, satis abunde percipientis, Auditores humanissimi, longiori vos impoliti sermonis asperitate haud amplius defatigare cogitantes, ad tradendas, eodem potestatem faciente, vobis leges, vocem dirigemus.

DE

(XVII)

D E

S Y N O D O I N C H O A N D A

*In nomine Sanctissimae, ac individuae Trinitatis
Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti.*



OS Frater Hector Quarti e Ducibus Bel-
giofisi, Dei, & Apostolicae Sedis gratia,
Episcopus Anglonensis, & Turicensis,
Praelatus Domesticus, Solioque Pontifi-
cio assistens, Eques Hierosolymitanus, ac
Sacrae ejusdem Religionis in tota Luca-
niae Provincia Conservator Privilegio-
rum, atque Protector, necnon Baro An-
glonensis, ad Dei Omnipotentis, ac Beatissimae Virginis ab
Angelo Annuntiatae Patronae nostrae, & omnium Sancto-
rum laudem, Dioecesanam Synodus nostram jampridem
indictam incipimus, celebramusque, confisi, ut Divina
adspirante misericordia, ejusmodi a Constitutionibus nostris
fructus procedat, quo Ecclesiastica disciplina, morum ni-
tor, virtutumque omnium studium augeatur. Placetne igi-
tur vobis?

Responderunt: *Placet.*

DE MINISTRIS SYNODALIBUS.

CUM diu multumque ad Synodales actiones recte in Do-
mino peragendas reslexerimus, quamplurimum ope-
ram, ut omnia debito ordine peragantur, necessariam esse

C

co-

(XVIII)

cognovimus. Probos propterea viros recensendis infra numeribus perquam aptos in delectum habuimus, iisque sunt:

PROMOTOR SYNODALIS.

Adm. Rev. U. J. D. Canonicus D. Joannes Laurentius de Mellis.

A SECRETIS SYNODI.

Eques D. Sebastianus Bartholomaeus Benvenuti.

COADJUTOR.

Rev. Diaconus Philippus Mele.

JUDICES, QUERELARUM, ET EXCUSATIONUM.

Adm. Rev. U. J. D. Canonicus D. Xaverius Panevino.

Adm. Rev. V. J. D. Canonicus D. Blasius Panevino.

CUM

Reverendiss. U. J. D. D. Francisco Grezzi nostro Pro-Vicario generali.

NOTARIUS SYNODI.

Adm. Rev. Canonicus D. Dominicus Antonius Digno Prothonotarius Apostolicus.

COADJUTOR.

Clericus Carmines Viscaglia.

PRAEFECTI DISCIPLINAE SYNODALIS.

Adm. Rev. Canonicus D. Franciscus Antonius Pascha.

Rev. D. Cajetanus Guglielmuccio.

Rev. D. Lucas Pietoso.

COADJUTORES.

Rev. D. Theodorus Guida.

Clericus Carolus Franciscus Brancalasso.

Clericus Carolus Philippus Giordano.

PRAE-

(XIX)

PRAEFFECTI HOSPITIORVM.

Rev. D. Joannes Antonius Pugliese.

Rev. D. Angelus Cataldo.

PROCURATOR CLERI URBANI.

Adm. Rev. U. J. D. Canonicus D. Philippus Brancalasso.

PROCURATOR CLERI DIOECESANI.

Rev. U. J. D. Diaconus Franciscus Antonius Targiani Cantor Episcopiac.

MAGISTRI CEREMONIARVM.

Adm. Rev. Canonicus D. Hieronymus Targiani.

Rev. D. Joannes Maria Catapane.

Rev. D. Andreas Siciliano.

COADJUTORES.

Rev. D. Cajetanus Donadio Cantor Fardellac.

Rev. D. Lucas Antonius Anzilotti.

Rev. D. Nicolaus de Virgiliis.

OSTIARII STNODI.

Clericus Franciscus Antonius Anzilotti.

Clericus Nicolaus Capitolo.

Clericus Franciscus Antonius Saurino.

Clericus Marcus Viola.

Quos omnes ut tales haberi, eorumque singulis morem ab omnibus gerendum esse, decernimus.

DE PRAEVUDICIO NON INFERENDO.

Ad evitanda scandala quaecumque nimium sanctae huic inceptae Synodali actioni repugnantia, utque magis coelestes ad rem probe perficiendam impulsus omnium animi in pace & tranquillitate positi sentiant: certum est enim, ibi Deum esse, ubi plures sunt in ejus nomine pacifice congregati; decernimus, ut si quem contigerit debito sibi loco

C 2

non

non sedere , aut incedere , aut vocari , non ideo ulli jus aliquod tolli , aut alteri acquiri , sed unicuique illibatum , ut antea , conservari .

DE CLERO VOCANDO .

Et quoniam omnes ii , qui per edictum indictionis requisiiti sunt ad conveniendum Synodo , nominatim appellabuntur : idcirco universi , simul ac votati fuerint , stantes , capite aperto , atque elata modestaque voce respondeant : *ad sum :* recta deinde ad Illustrissimum , & Reverendissimum Dominum , hinc , pergent , cique debitam reverentiam exhibeant .

C L E R U S C I V I T A T I S ,

CAPITULUM CATHEDRALIS ECCLESIAE .

Adm. Rev. U.J.D. D. Leonardus Camerinus Archidiaconus .
 Adm. Rev. U.J.D. D. Philippus Panevino Archipresbyter .
 Adm. Rev. U. J. D. D. Scipio Picolla Decanus .
 Adm. Rev. U. J.D. Canonicus D. Melchior Donnaperne .
 Adm. Rev. Canonicus D. Joannes Thomas Giordano .
 Adm. Rev. Canonicus D. Franciscus Antonius Pascha .
 Adm. Rev. U.J.D. Abbas D. Xaverius Panevino Canonicus .
 Adm. Rev. Canonicus D. Matthaeus Donnaperne .
 Adm. Rev. U.J.D. Canonicus D. Alexius Donnaperne ,
 Adm. Rev. Canonicus D. Hieronymus Targiani .
 Adm. Rev. U. J. D. Canonicus D. Blasius Panevino .
 Adm. Rev. U.J.D. Canonicus D. Philippus Brancalasso .
 Adm. Rev. U. J. D. Canonicus D. Joannes Laurentius de Mellis .
 Adm. Rev. S. Th. D. D. Paulus Centonze Canonicus Theologus .
 Adm. Rev. S. Th. D. D. Marcus Antonius de Sydereis Praepositus Insignis Collegiatae Ecclesiae Rabatanensis .

RR. Re-

RR. Rector & Cantor Parochialis Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli.

CLERUS DIOECESANUS.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Clarimontis.

Rev. QEconomus. Collegiarum Ecclesiae S. Thomae Claramontis.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Scenissii.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Carbonis.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Colubrarii.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Sancti Archangeli.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Rocca imperialis.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Orioli.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Amendolariae.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Cannae.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Theanag.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Episcopiac.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Nojae.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Nucariae.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Sancti Quirici.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Castrifacreni.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Sancti Martini.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Spinusii.

RR. Archipresbyter, Cantor, & Vicarius Foraneus Calverae.

RR. Ar-

(XXII)

- RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Castro-novi .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Roccac-novae .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Franca-villae .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Sancti Georgii .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Bollitae .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Terrac-novae .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Rotun-dellae .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Roseti .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Montis-jordani .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Ale-xandriae .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Fa-valis .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Cer-sosimi .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus San-ferini .
RR. Archipresbyter , Cantor , & Vicarius Foraneus Fardellae .

EX GRAECIS .

- Rev. Curatus Castro-regii ,
Rev. Curatus Farnetae .
RR. Curatus , & Vicarius Foraneus Sancti Constantini .
RR. Curatus , & Vicarius Foraneus Casalis-novi .

Vocati etiam fuere omnes Abbates, Beneficiorum Rectores , & Ca-pellani tam Civitatis , quam Dioecesis ad numerum usque centum sexaginta .

De

De Fide Catholica, eaque profienda.

C A . P . I .

JURE Catholica Fides ac merito firmissima omnium anchora appellari potest, ea etenim, quae verae spei principium est & origo, si ita jaciatur, ut, bonis circumstantia operibus, in animis nostris insidet, nulla contingat in hoc amplissimo aequo, ac lubrico diabolicorum conatum pelago nos tempestate jactari, nullo procellarum impetu circumduci, sed ab eo, quod constanter tenendum est, in certum, atque ab omni periculo immunem aeternae securitatis portum evemur. Ab hac itaque Catholica Fide (a), extra quam nemmo salvus esse potest, laboris decet nostri ducentus exordium, ut, valido jacto fundamento, totum sit opus, quod ad illius gloriam dirigimus, cuius misericordia factum est, ut tam fortunato salutis loco nasceremur. Uberes propterea gratias eidem referre, & eam (b), quam corde credimus aq justitiam (c), uno iam ore profiteri ad salutem, operae premium est.

PROFESSIONE FIDEI.

„ Ego N. N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet, Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem factorem coeli, & terrae, visibilium omnium, & invisibilium: & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia aeterna, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui, propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit „ de

(a) Conc. Trid. sess. VI. cap. 8. de Justit.

(b) Ad Romanos. X. 10.

(c) Conc. Trid. sess. XXV. de reform. cap. 2.

„ de Coelis , & incarnatus est de Spiritu-Sancto ex Maria
 „ Virgine , & homo factus est : crucifixus etiam pro nobis
 „ sub Pontio Pilato , passus , & sepultus est , & resurrexit
 „ tertia die secundum Scripturas , & ascendit in Coelum , se-
 „ det ad dexteram Patris , & iterum venturus est cum glo-
 „ ria judicare vivos , & mortuos , cujus regni non erit finis ;
 „ & in Spiritum-Sanctum Dominum , & vivificantem , qui
 „ ex Patre , Filioque procedit , qui cum Patre , & Filio si-
 „ mul adoratur , & conglorificatur , qui loquutus est per
 „ Prophetas ; & unam Sanctam Catholicam , & Apostoli-
 „ cam Ecclesiam , confiteor unum baptisma in remissionem
 „ peccatorum ; & expecto resurrectionem mortuorum , & vi-
 „ tam venturi saeculi . Amen . Apostolicas , & Ecclesiasticas
 „ traditiones , reliquasque ejusdem Ecclesiae observationses ,
 „ & constitutiones firmissime admitto , & amplector . Item
 „ Sacram Scripturam , juxta eum sensum , quem tenuit ,
 „ & tenet Sancta Mater Ecclesia , cuius est judicare de vero
 „ sensu , & interpretatione Sacrarum Scripturarum , admitto ,
 „ nec eam unquam , nisi juxta unanimem consensum Pa-
 „ trum , accipio , & amplector . Profiteor quaque se-
 „ ptem esse vere & proprie Sacraenta novae legis a Jesu
 „ Christo Domino nostro instituta , atque ad salutem hu-
 „ mani generis , licet non omnia singulis necessaria , scilicet
 „ Baptismum , Confirmationem , Eucharistiam , Poeniten-
 „ tiā , Extremam Unctionem , Ordinem , & Matrimonium ,
 „ illaque gratiam conferre , & ex his Baptismum , Confirma-
 „ tionem , & Ordinem reiterari non posse . Receptos quo-
 „ que , & adprobatos Catholicae Ecclesiae ritus in supradi-
 „ ctorum Sacmentorum solemni administratione recipio ,
 „ & admitto . Omnia & singula , quae de peccato originali ,
 „ & de justificatione in Sacrosanta Tridentina Synodo defi-
 „ nita , & declarata fuerunt , amplector , & recipio . Profi-
 „ teor quoque in Missa offerri Deo verum , proprium , & pro-
 „ pitiorum Sacrificium pro vivis , & defunctis , atque in
 „ Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere , & realiter ,
 „ & substantialiter Corpus , & Sanguinem , una cum anima ,

„ & di-

„ & divinitate Domini nostri Iesu Christi , fierique cony-
 „ sionem totius substantiae panis in Corpus , & totius sub-
 „ stantiae vini in Sanguinem , quam conversionem Catho-
 „ ca Ecclesia Transubstantiationem appellat . Fateor etiam
 „ sub altera tantum specie totum , atque integrum Chri-
 „ stum , verumque Sacramentum sumi . Constanter teneo
 „ Purgatorium esse , animasque ibi detentas Fidelium suffra-
 „ giis juvari . Similiter & Sanctos una cum Christo regnan-
 „ tes venerando , atque invocando esse , eosque orationes
 „ Deo pro nobis offere , atque eorum Reliquias esse veneran-
 „ das . Firmissime assero , Imagines Christi , ac Deiparae
 „ semper Virginis , necnon aliorum Sanctorum habendas ,
 „ & retinendas esse , atque eis debitum honorem , ac vene-
 „ rationem impertiendam . Indulgentiarum etiam potesta-
 „ tem a Christo in Ecclesia relictam fuisse , illarumque usum
 „ Christiano populo maxime salutarem , affirmo . Sanctam
 „ Catholicam , & Apostolicam Romanam Ecclesiam om-
 „ nium Ecclesiarum Matrem , & Magistrum agnosco , Ro-
 „ manoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis Suc-
 „ cessori , ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spon-
 „ deo , ac juro . Caetera item omnia a Sacris Canonibus , &
 „ Oecumenicis Conciliis , ac praecipue a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita , definita , ac declarata indubitanter
 „ recipio , atque profiteor ; simulque contraria omnia , at
 „ que haereses quascumque ab Ecclesia damnatas , & rejectas ,
 „ & anathematizatas , ego pariter damno , rejicio , & ana-
 „ thematizo . Hanc veram Catholicam Fidem , extra quam
 „ nemo salvus esse potest , quam in praesenti sponte profi-
 „ teor , & veraciter teneo , eamdem integrum , & inviola-
 „ tam usque ad extremum vitae spiritum constantissime ,
 „ Deo adjuvante , retinere , & confiteri , atque a meis Sub-
 „ ditis , vel illis , quorum cura ad me in munere meo specta-
 „ bit , teneri , doceri , & praedicari , quantum in me erit ,
 „ curaturum , ego idem N. N. spondeo , voveo , ac juro :
 „ sic me Deus adjuvet , & haec Santa Dei Evangelia .

Dicitur Haec

Haec fidei professio (a), cum a Cathedralis, & Collegiarum Dignitatibus, & Canonicis coram nobis, vel nostro Generali Vicario emittenda, tum in Capitulo intra bimestre a Dignitatis, vel Canonicatus possessione repetenda est.

Omnis etiam Beneficia ecclesiastica, quae animarum incumbit cura, obtinentes, profiteri oportet; si quis enim ex memoratis necessariam ejusmodi actionem ultra duos ab adepto Beneficio menses distulerit (b), nec fructus faciet suos, neque ei possessio suffragabitur.

Confessarii exinde, etiam Regulares, Concionatores, omnesque alii, qui a jure recensentur, eadem se obligatio ne obstrictos, & animadversionibus ad arbitrium nostrum obnoxios, se sciant, si, antequam munera exerceant, professi Fidem non fuerint.

De Haereti, Superstitione, & Magicis artibus.

C A P. II.

Deploranda sane mortua protaplo, qui salutari Sacri Baptismatis unda respersi, Catholicamque Fidem professi, ab ea longe aberrantes, haereticam pravitatem amplexantur: nec eorum minus lugenda conditio est, qui immemores pretioso se Christi Sanguine ab immanissima Satanae potestate redemptos, eo pervenient, ut, minime sibi consciii, nefandissimis sceleribus se totos tradant, foedus, & pacta, vel tacita, vel explicita cum vafermis hostibus feriendo, & incundo. Tametsi vero grex, Divina nobis commissus Clementia, Christiana pollet pietate, sanctaeque Fidei dogmata integra, inviolataque tuetur; attamen ne perpetuis ullis futuris temporibus extremum haeresis malum, paulatim serpens aditum sibi ad eum patefaciat: Pastorali, quo fungimur, munere impulsi, omnibus, & singulis animarum

(a) Conc. Trid. Sess. XXIV. cap. 12. &c. Ref.

(b) Ibidem.

marum gubernationi praepositis Archipresbyteris, Vicariisque Foraneis mandamus, ut solerter, omniq[ue] studio, & diligentia perquirant, num infra locorum suorum fines aliqui sint Sacris Literis, sanaeque Sanctae Romanae Ecclesiae doctrinae pertinaci opinione repugnantes, idque si contigerit, quod avertat Deus, post tres a re cognita dies, nos omnino, vel Curiam nostram certiores reddant.

Quos item fascinis, & beneficiis vacare compererint, quibus hominum mentes perturbare, cruciare corpora, morbos inferre, & depellere, res deperditas invenire, aliaque id genus perpetrare audent, quae magicæ artis iniquissimum sapient crimen, intra idem tempus, ut ad nos defenantur, prætereundum non est. Ad integrum quippe Sanctae Fidei nostræ candorem asservandum nihil magis conducere potest, quam tempestiva malorum cognitio, quæ vigili Pastorum solertiae associata, ea remedia ministrat, per quæ Christianæ inregritatis tuitioni facilius prospiciatur.

Hinc præter ipsos Parochos, Vicariosque Foraneos, quorum peculiariter sollicitudini sancta negotium momenti commendamus, ut nobis, vel Curiae eidem nostræ maleficia ejusmodi aperiant, utriusque etiam sexus fideles monemus, quorum pietatem vehementius excitamus Edicto in Appendice apposito sub num. I., prima quotannis Quadragesimæ, & Adventus Dominica inter Missarum solemnia ab Archipresbyteris evulgando.

De Maledicto, sive Blasphemia.

C A P. III.

HAeresi, & Superstitionibus, Blasphemia, non levius flagitium, infectanda se offert nobis, qui agrum Dominicum, in quem cultores fuimus evocati a zizaniis penitus expurgare, & bona frigi reddere maximopere desideramus. Non sine animi molestia jamdiu perspeximus, peccatum illam tetricam quangævissime ubique locorum di-

scurrere: universis propterea vigilantiae nostrae studiis eo contendimus, ut vel nascens in Dioecesi nostra suffocetur, aut adulta comprimatur, & plane juguletur.

Quod ut e sententia facilius contingat, Parochi omnes relatum in Appendice Edictum numer. II. singulis quibusque bimestribus, prima, videlicet, Dominica mensis Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, per se ipsos, si potuerint, publicent, sin minus per Sacerdotem solemne illo mane Sacrum facturum praestari id mandent, ut cum populus blasphemiarum gravitatem percepit, caveat a perpetrando, tanti facinoris horrore commotus.

Verumtamen Parochi ipsi, Vicariique cum illis Foranei, utpote ii, qui gentium mores abunde callent, quoque præterire non potest, quorundam aliquando iniquitatem optimo quocumque monito fore majorem, sedulo eorum vitam perscrutentur, & illos, quos sacrilego ore in Deum, Beatisimam Matrem Virginem, caeterosque Sanctos invixisse cognoverint, nobis illico, datis, ambo, literis, indicent. Omne autem adhibeant studium, ut accurate referant, num ira, aut desperatione quis in diras inciderit, an vero quod ita se rem habere crediderit, prout maledictum fuerit pronunciatum, modo ut blasphemiarum qualitas a nobis plane cognosci, atque opportunis huic malo remedii possit occurri.

De Christiana Doctrina.

C A P. IV.

Quoniam ubi major Fidei rudimentorum ignorantia, ibi minimum pietatis, & religionis studium, nonnullique Fidelium ejusmodi coecitate laborantes, faciles Doemonum instigationibus praebent aures: eam convellere de omnium mentibus, & eradicare prorsus cupientes, modo quid agendum, quidve credendum neminem lateat; Parochos quo scumque hortamus in Domino, ut saepius ab Alta-

ri

ri populum commonefaciant de praecipuo cuiuscumque onere Christianam Doctrinam habendi perspectam.

Cumque illius rudimenta , ad optimae legis jussum , pueris praesertim , & puellis , usquedum ad pubertatem pervernerint , sint tradenda : iidem propterea Parochi parentibus , & propinquis , necnon tutoribus , caeterisque aliis , quibus puerorum cura commissa est , suadeant , ut eos informandos ad Ecclesiam mittant . Si neglexerint , postquam sermoni peramanter fuerint , nobis indicetur , negligentiam etenim illam nullo pacto inter Fideles tolerandam , interdixi poena compescemus .

Diebus interea Dominicis , summo mane , rusticos adolescentulos , atque adultos , majori quandoquidem ignorantia implicatos , congregent , eosque in fidei dogmatibus diligenter erudiant , ea suavitate , fraternoque in quoslibet amore , ut omnium ad se animos convertere possint , eosque ad convenientium assiduo incendere .

Verumtamen cum etiam Pastoribus , quorum inter sylvas , & greges obscurissime vita acta densiori tenebrarum caligine obducitur , aliquo Christianae Doctrinae lumine sit succurendum ; in illud propterea majori studio Parochi incumbant , ut in quibus Capellis , Ecclesiisve ruralibus , Dominicis , Festisque diebus , Sacrum fiat , inibi accedentes Pastores , & Rustici salutare Crucis signum , Orationem Dominicam , Salutationem Angelicam , Apostolorum Symbolum , Fidei , Spei , Charitatis , & Contritionis actus , Septem Ecclesiae Sacra menta , ejusdem , & Dei praeccepta , aliaque potiora Sanctissimae Trinitatis , & Incarnationis Mysteria apposite edoceantur . Praestari autem id mandent a Sacerdotibus in Capellis , Ecclesiisve praedictis celebraturis , statim post Evangelium , atque eos , quos repugnanter , minusque attente egisse , vel mandata præteriisse intellexerint , quod planè compertum habere satagant , ad nos deferant acribus , pro arbitrio nostro , poenis plectendos .

Cunctis propter ea Dominicis iisdem diebus ante vespertas , quatuor selectis ex modestioribus Clericis , ii probò alicui

Sa-

Sacerdoti associati circum per oppida mittantur , ex illisque unus , dum a reliquis explenda sacrorum carminum cantilena intermititur , tintinnabulum pulset, elataque voce dicat: *Padri, e madri, ricordatevi di mandare i vostri figliuoli alla Dottrina Cristiana, altrimenti ne renderete stretto conto a Dio.*

Coactis ita in Ecclesiam pueris , a puellis segregentur , instituanturque omnes Fide , secundum eamdem formam , eademque verba Doctrinae parvae Cardinalis Bellarmini , eatumen diligentia , & partitione , ut pueri discant , non confundantur .

Ipsa proinde Bellarmini Doctrina quatuor in partes dividatur , ab initio , nempe , usque ad Apostolorum Symbolum : & prima erit pars . Ab Apostolorum Symbolo usque ad mandata Dei : secunda . Ab hisce mandatis ad Virtutes Theologales , & Cardinales , emerget tertia : a virtutibus usque in finem , quarta , & ultima partium ordinatim tradendrum , postquam pueri in superioribus profecisse videantur .

Quadruplici huic doctrinae partitioni ad docendorum indolem , captumque accommodandae , quatuor aequae classium distinctio , quarum ~~sanguis proprio~~ praesit Magister , accedat , itaut cum pueri primam doctrinae partem primae classi respondentem cumulate didicerint , eis tum transitus ad secundam , tertiam inde , atque quartam classem concedatur .

Sacerdotes vero , quos Parochi in magisterium , sive potius auxilium cooptaverint , & Diaconi , Subdiaconi , atque Clerici , quos omnes assiduo Christianae Doctrinae interesse , & Parochorum nutibus quamobsequentes volumus , si minus se promptos exhibuerint , pro certo habeant , rigidiores ad arbitrium nostrum poenas daturos .

Doctrinae , ut preecepimus , traditione peracta , cum opportunum Parochi putaverint , ab aliquibus cujusque classis pueris traditarum rerum rationem exposcant , eos laudibus efferendo , munusculisve , si potuerint , alliciendo , quos proficere agnoscent , benigneque monendo , ac exhortando , quos tardiores , negligenteresve compererint .

Hi-

Hicse absolutis, circa quae tantum temporis impendatur, ut pueri in taedium non inducantur, alta, & vernacula lingua, duobus ab Altari Clericis praeacentibus, respondentibusque omnibus, ea dicantur, quae superius retulimus, Symbolum, videlicet, Apostolorum, Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica, Praecepta tua Dei, tum Ecclesiae, Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis actus, ac Litanias Beatae Virginis, tandemque omni cum modestia, & sine tumultu pueri dimitrantur.

In re tanti momenti cum Parochorum diligentiae maxime confidimus, tum exigemus ab ipsis rationem, classemque etiam, & pueros invisemus, quotiescumque Dioecesim perlustrabimus. Superest, ut ea, quae meliori norma, attento locorum statu, praescribere non valimus, integerime servari current, atque ita current, ut siquid dumtaxat addere his posse censuerint luculentius, apiusve dummodo a Bellarmini Doctrina, statutaque illius in quatuor partes divisione non discordant, ex animo expungerent, sibique suadeant, quod non solum faventiae, neque extollendae solitudini unquam decessimus.

De Festorum dieram cultu, & observantia.

C. A. P. V.

(a) **O**mnipotens ille Deus, cuius Spiritus, quum terra erat manis, & vacua, ac tenebrae obtrubebant faciem abyssi, ferebatur super aquas, cum condidisset Coelos, & quodcumque in eis est, ab hisque divisionem statuisset terram, ad sui similitudinem hominem formavisset, animalia, virentia, & omnia, quae sub Coelis sunt, creasset, septimo denique die ab universo, quod patraverat, opere requievit, benedixitque diei illi, cumque sanctificavit: digna fane memoria, cui repetendae torum, quod vivimus, tempus dandum foret. Attamen, quod vel ab ingrati

(a) Genes. I. per tot.

grati animi vitio non absit, nec, diebus ipsis Deo sacrīs, minimae eidem pro tantis beneficiis gratiae referuntur, vel quod stultitiae est, nihil, eo praeſertim tempore de salute cogitatur. Ad revocandos propterea populorum animos in eam viam, quae proxima dicit ad Dominum: Parochis omnibus praecipimus, ut dies quoſcumque Festos creditis ovibus inter Misericordia Solemnia denunciant, dentque operam, ut, iis potissimum diebus, omnes in Ecclesiam conveniant, (quod antecedenti festo in memoriam revocent,) ibique non veluti per consuetudinem, sed pie, eaque, quæ decet, reverentia, Parochiali Missae intersint; ac Coelestis torem gratiae, Divinumque auxilium, quemadmodum animae, & corporis necessitates suadebunt, quam suppliciter possunt, implorent: addentes praecipue firmam animis fiduciam, cuncta posse impetrari, dummodo aqua, & ab aeternae salutis fine haudquaquam aliena poscantur.

Cum itaque consentaneum maximopere sit, ut Creatoris recolat quiſque memoriam; quemque nimirum ex nihilo confectum sub umbra alarum suarum protegit, tueturque Creator: pari fane ratione, ut de servilibus qui buscumque operibus, quae a sacris ſejungant cogitationibus, desistatur, cum possit nullus, juxta illud Evangelij (a), Domino simul, ac mammonae inservire: si etenim terrenis involuta curis mens hominum paſſim volitaverit, Divinis ſerio recensendis vacare nunquam poterit.

Collatis ea propter undique viribus, de eo curēt fervētam Parochorum, quam Foraneorum Vicariorum zelus, ut Festi dies venerentur: abusum ſiquidem illum, ut diebus ipsis opera quaque fervilia peragantur, in cuncta ferme Dioecesi noſtra altius invaluable pereſpeximus, ac ſi illud unumquemque fugeret, quod Divina memorant Eloquia, ibi (b): *Factum est autem, cum effent filii Israël in solitudine, & inveniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbathi, obtulerunt eum Moysi, & Aaron, & universae multitudini, qui reclusi-*

(a) Matth. VI. 24., Luc. XVI. 13.

(b) Numer. XV. 32. ad 37.

cluserant eum in carcerem , nescientes , quid super eo facere debarent . Dixitque Dominus ad Moysen : morte moriatur homo iste , obruat eum lapidibus omnis turba extra castra . Cumque eduxissent eum foras , obruerunt lapidibus , & mortuus est , sicut praeceperat Dominus : Quare populos Parochi saepissime moneant , ut , divinum cultum , Festorumque religionem integre ubique locorum asservatam quibuslibet etiam gravissimis negotiis , urgentibusque familiaribus rebus , anteponant : Foranei , siquos inani illectos spe animadver- fiones , quae congruerent , nostras facile effugiendi , adhuc a laboribus Festis diebus non cessare cognoverint , Ecclesiastico zelo corripiant , Deoque ulti or nuncient , poenas datus . Per- tinaces vero nobis indicent , ut in eos , quod salutarius ju- dicaverimus , juxta Sacrorum Canonum iunctiones , distri- gamus judicium .

Circulatores , Festis iisdem , Mimi , Chorea ducentes , Comoedi , aliquique vagi ejus generis homines , tametsi phar- macorum praetextu , non admittantur ad agendum aliquid ante vesperas , nec res quascumque venales ferentibus , nisi urgente necessitate , ante Parochialem Missam vendendi lo- cus detur : Missa autem absoluta ea ratione a Vicariis loco- rum Foraneis licentia concedatur , ut nihil ob eam rem sibi solvendum praefumant .

Nihil item omnino , sub poena privationis officii , decem- que aureorum Ecclesiae locis reddendorum , recipient , cum aliquod servile opus faciendum petitur ; quod porro nullo unquam pacto permittere audeant , nisi ut cum vel pietas suaserit , aut publica utilitas exegerit , sive urgens necessitas poposcerit . Tum vero eos , quibus licentiam vacandi labo- ribus fuerint impertiti , hortentur , atque commoneant de retributione aliqua Domino , qui dat omnibus affluenter fa- cienda , quae vel in plium Ecclesiarum usum convertatur , vel in pauperum adjumentum erogetur .

De Praedicatione verbi Dei.

C A P. VI.

NON ignoramus, praeccipuum Pastoralis nostrae sollicitudinis esse munus, gregem nobis commissum Divini patrullo verbi reficere, eaque propter (a), Sacrae Tridentinae Synodi praescriptis obsequentes, neque adhuc partibus nostris defuimus, neque iisdem, Deo dante, deerimus. Verum cum ubique locorum, propter humanam, quae nobis insita est, conditionem, adesse nequaquam possimus, cumque sacri praedicatio Evangelii mirandum in modum ad animarum conferat salutem, idcirco praeter Parochos, queis hoc oves pascendi onus peculiariter, assiduoque incumbit, Concionatores quoque, Adventus Dominici, & Quadragesimali tempore, in universa plane Dioecesi nostra deputare solemus. Utque aliquis, si etiam quoad ipsos aderet abusus, veluti nostra postulat vigilantia, tollatur; animadvertis in primis quicumque ad ejusmodi officium fuerint designati, sive Seculares, sive Regulares fiant, ut ne ad praedicandum accedant, nisi prius nos adiverint, professuri, si id nondum praestiterint, fidem, petituri benedictionem, & spirituales populorum necessitates accepturi.

Meminerint, ea, ad quae diverterint, loca bono virtutum odore perfundere (exemplo etenim magis quam verbo proficitur,) solidaque sermonis opera eo protendant, ut ante omnia gloria Dei, animarumque salus promoveatur.

Ab inutilibus propterea vaniloquiis, turgidoque, & elato nimis dicendi modo abstineant, ne rudiores populos, quorum in Dioecesi nostra multa frequentia, necessario inanes fructu dimittant.

Inextricabilium quaestionum enodationem non suscipiant; Sacram Scripturam, juxta Sanctae Romanae Ecclesiae sensum, & interpretationem, explanent.

Vitia, quibus eos praecipue detineri populos acceperint, toto

(a) *Sef. V. de Ref. cap. 2. & Sef. XXIV. cap. 4. de Ref.*

toto spiritus conatu generaliter insectentur , & arguant in omni charitate , & doctrina ; Ecclesiarum reverentiam , Fe-
storum dierum observantiam , frequentem Sacramentorum usum , inculcent .

Christianam Doctrinam , ac potiora Sanctae Fidei nostrae rudimenta cunctis omnino cognoscenda enuncient : parentes de liberis erudiendis , & ad Ecclesiam mittendis commoneant .

Ecclesiasticas censuras timendas referant , exempla ad id aptiora recensendo , eodemque contextu decimarum , ploratumque legatorum satisfactionem in memoriam revocent .

Nova,dubiaque miracula non enarrent: nullas denuncient Indulgencias a Summo Romano Pontifice , vel a nobis non adprobatas .

Curiosas disceptationes , vanamque & ridiculam fabularum congeriem non offerant Auditoribus , ne scenicos potius ludos trahere , quam Divinum verbum serio tractare , videantur .

Pauperes nominatim commendare , eleemosynasque pro illis recolligere nulli fas sit , nisi de nostra , Vicarii Generalis , vel Forancorum licentia .

Conciona in Ecclesia durante , nullum fiat Sacrum , nullum nec intus , nec foris excitetur tumultus , in contigiis Ecclesiae locis nulla negocia peragantur .

Nec antequam aurora consurgat , nec postquam in occidente deciderit Sol , habeantur conciones .

Feria secunda post Sacratissimam Dominicae Resurrectionis diem , quum sermo , quem de benedictione vocant , habendus est , Oratores de quaestu peragendo alloquuturi , brevitati studeant , & gravitati , ab eaque caveant indecenti verborum congerie , eo potissimum intendente , ut populus , cui propterea scurrilia proponuntur , ad largiorem inducatur eleemosynam exhibendam . In benedictione vero ipsa nullus habeatur personarum dilectus , nullaque fiat gratuum distinctio , ex quo dissentionibus , & scandalis adiutum audivimus patuisse , sed praemissa illorum benedictione ,

E. 2 ad

ad quos jure pertinere perspicuum est, reliquis omnibus, incipiendo a Clero, seu Cleris, ubi plures fuerint, generaliter benedicatur, nec ullus ex Ecclesiastico ordine sit, cui speciatim benedictio impertiatur.

Presbyteri omnes, & Clerici, nisi de legitimo eorum impedimento Punctatoribus constare fecerint, in dies concionibus intersint, populorum pietatem exemplo concitaturi. Si enim aliquis quarto abfuerit, is asses decem, *vulgo grani*, a Punctatoribus iisdem omnino exigendos, & in communis depositarum pecuniarum capsula servandos, soluturum se sciat.

Parochi Populos adhortentur, ut in Ecclesiam convenient Divino verbo audiendo. Idem Concionatores a nobis designatos benevole excipiunt, ac studiose tractent, parique modo excipi, & tractari ab iis current, ad quos, juxta locorum consuetudinem, spectat. Iis vero, antequam suggestum considecent, Constitutionem hanc nostram legendam exhibeant, ut munus quisque suum, & quod sequendum, quodve vitandum, agnoscat.

Cacterum, quoad reliquias extra illud tempus conciones (a), nullae omnino, sub gravissimi arbitrio nostro poenis, habeantur, sine licentia nostra. Immo nec Regulares in propriis Ecclesiis praedicare praesumant, nisi prius per se ipsos, non vero per interpositas personas, aut per epistolas, benedictionem a nobis petierint. Si eorum aliquis quocumque praetextu id facere detrectarit, censuris, & poenis a Sanctae memoriae GREGORIO XV. in Constitutione, quae incipit *Inscrutabili*, comminatis ferendum se noverit.

De Ecclesiarum nitore, & reverentia.

G A P. VII.

EA templum Domini decet sanctitudo, ut, cum illam in dies communii, sensimque collabi videamus, incredibili-

^a Conc. Trident. sess. V. de Ref. cap. 2., & sess. XXIV. de Ref. cap. 4.

dibili cordis moerore conficiamur. Populorum, eorumque ad quos spectat incuria, & socordia debitus Ecclesiis deficit ornatus; reverentiam, quam domus Domini postulat (meminisse profecto horret animus) destitutam, planeque decadentem agnovimus. Quapropter illuc mentis nostrae aciem sedulo intendimus, ut duo hujuscemodi inducti abusus Sanctione ista penitus abdicentur, & Sacris nitor Aedibus, meritusque honos in pristinum restituatur. Parochia proinde omnibus, qui Ecclesiarum sunt curatores, praecipimus, ut eas necessariis instructas ornatibus curent eluescere, eaque propter populos, & Universitates frequentibus excitent adhortationibus ad ejusmodi pius opus, eisdem commemo rantes, terrena bona, non ea ratione, ut quotidie avidissime studeant adaugeri, sed, ut Divinis aliquid reddant usibus, ex Domini bonorum omnium largitoris munificentissimi peculiari benignitate sibi fuisse collata.

Aliiquid in Ecclesia reficieadum, vel denuo extruendum proponamus, quem propterea finem ipsorum operam, & adjuvamentum efflagitent, simulque in mentem redigant, quantum id in Dei honorem cessurum, a quo grati animi vicissitudinem spondeant: aequi ob oculos ponant, praeter humanam, quam subeunt, ignominiam, ab ipso Deo populos parvipendi, & derelinqui, qui in nihilum fecerint Divinae domus decus.

Capsulas ligneas clavi obseratas infra mensem curent ex communis Cleri pecunia componi, quas festis quibuscumque diebus in Missa Parochiali post Communionem, per Clericum, sive aliam idoneam personam circummittant. Capsulae ipsae stent penes Parochos, earum autem claves habeant Vicarii Foranei, a quibus nulli omni modo concredantur. Singulis vero sex mensibus ab iisdem Parochiis simul, & Vicariis Foraneis aperiantur, & eleemosynae, quae in eis inventae fuerint, Sacrae Ecclesiae Supellectili adjiciantur, vel in urgentioribus ejusdem necessitatibus, prout magis Parochi opportunitate indicaverint, erogentur. Idem autem sub persona suspensionis illico incurrandae, nec minimam pecunia-

rum

rum earumdem partem sibi arrogare ; nec in alios usus convertere , audeant .

Cum advenerit tempus messis , vindemiae , colligendique olei , gossippii , atque aliorum terrae fructuum , qui non ita facile pereunt , ab Altari prius , festis diebus , firmiori , quo possunt , sermone , Ecclesiae inopiam , & nuditatem ostendentes , populos moneant , ut quisque , pro facultatibus , ejusdem indigentiae succurrat ; eadem deinde die ante vesperas Fideles per locorum domos viros mittant , qui cogentes eleemosynas , eas penes Parochos deponant , usque dum , quaestu absoluto , eadem ad hastam vendantur , & pretium in Ecclesiarum beneficium quantocius a Parochis , absque ulla prorsus diminutione , sub eadem , quam supra proposuimus , poena , convertatur .

Esto igitur in Sacris Aedibus conqua rerum ad earum usum , & ornatum spectantium copia , omniaque ad Missarum Sacrificium necessaria indumenta , quae temporum rationi convenient : Similiter Sacra Vasa in Sacrariis sunt .

Decentibus Arae candelabris , tabellis , pulvinaribus , mantilibusque albis tribus , eriteant .

Sacratus cuicunque inesto marmoreus lapis , cerataque tela cooperitor .

Non cerata , decentique aliquo fucata colore , vel stragulis coriaceis , post omnia absoluta Missarum sacrificia , Altaribus tegendis utimino .

A cornu Epistolae sit asserculus , seu lignea mensula fabrili manu in quasi ovata forma elaborata , quae parieti infixa , patinae , & vitreis ampullis cum tintinnabulo excipiendis inserviat .

Lustrali aquae semel in hebdomada benedicatur .

Benedicatur , & Crucis Christi Imaginem sculptam defrenti Altaribus superimponendae , Sanctorumque Imaginibus in Templo collocandis (a) ; nec Tabulac ipsae depictae , nullaque Simulacra publicae Fidelium venerationi exponantur , nisi quae honesta , devota , & a nobis fuerint adprobata .

No-

(a) Conc. Trid. seq. XXV. is princ. post Decret. de Purgat.

Nova non aedificantur Templa , nulla construantur Alta-
ria , vel aedificata , & constructa non supprimantur , debita
non obtenta licentia .

Sacrarum forte dilabentium Aedium tignum profanis non
cedat usibus , nec suum quispiam facere praesumat , nisi de
peculiari nostro mandato , vel concessu ; quem si quando
alicui tribuisse contigerit , ea ratione concessum censeatur ,
ut Theatralibus , vel aliis a religione remotis non deserviat
rebus .

Sarta denique custodiantur tecta , parietes dealbentur , iis-
quae siquac insint rimae claudantur : nihil in cultum , nihil
fordidum , sed ita cuneta disposita , ac per polita , ut memi-
nerimus (a) , eam elegisse Dominum in habitationem sibi .

Quandoquidem haud pauca de Ecclesiarum elegantia : ho-
nori autem nunquam prospexit satis , non immerto vere-
mur . Etenim eo devenit hisce temporibus effraenata profa-
narum gentium irreverentia , ut Templum Domini privata
potius , quam Divina domus ad negotia pertractanda , ludi-
cra prius , quam Sacra Aedes ad clamores excitandos , cachin-
nosque movendos , ducatur , & quod longe maxime detesta-
bile , nullisque non defleandum lacrymis , non in orationis lo-
cum , sed in lascivientium fortassis amorum Theatrum , con-
versum est . Ad revocandam propterea Populorum religio-
nem intenti : monemus omnes utriusque sexus fideles , ut
non aliter adsint in Ecclesia , quam corporibus non minus
quam animis affabre , eaque , qua decet , modestia , & devo-
tione compositis .

Et cum inanum procul ab ea esse debeant colloquia rerum ,
urgentium quoque sermones , tum praecepit strepitus om-
nes , clamores , risus , quibus immolantium Deo mentes
Sacerdotum , Oratorum conciones habentium voces , Divina
persolventium officia pietas , religioque , perturbari queant ,
& confundi : eadem prohibeantur ab atriis , & Ecclesiarum
vestibulis , inibique Universitatum concilia minime cogan-
tur . Propulsentur alecarum , talorum , & cuiusvis alterius

(a) Psalm. CXXXI. 13.

generis ludi , spectacula , saltus , foeminarum conventus , profanae quaelibet actiones .

Nullus in Ecclesia aversus sedeat a Sanctissimo Eucharistiae Sacramento , nec Baptismatis , sive lustralis aquae fontibus , vel Altaribus innitatur , minusque super eorum gradum genuflectat . Ab eodem vero gradu scamna qua cumque longe distent , quae sicuti proxima vidimus , ita arceri omnino per Parochos mandamus , nullo personarum ordine excepto , ne eorum quidem , qui patronatum jus habuerint in Capellis , illorumve , qui quovis praetextu titulo , quae sitote jure hujusmodi sibi licentiam arriperint . In medio tamen Ecclesiarum , ubi id apposite , propter earum latitudinem , fieri possit , collocari scamna non vetamus .

Curent propterea Parochi diligenter , ut ea , quae circa Templorum nitorem , reverentiamque sancivimus , ad unguem serventur ; alias enim , si aliquid , quod minus decens fuerit , ipsorum in Ecclesiis inventum iri contigerit , animadversiones nostras subibunt : sin absurdum ex praemissis , vel alterius generis , aliquod praetermittent , quin ipsi opportune , importune , arguendo , increpando , objurgant , & in gravioribus casibus nobis non detulerint , pbenis in Constitutione S.PII V. , quae incipit , Cum primum , communitatis , affluentur .

De Sacris Imaginibus , & Sanctorum Reliquiis .

C A P. VIII.

Quisque Catholicis ortus parentibus , perceptis iis , quae ad salutem necessaria sunt , rationibus illis adjicere debet animum , quae ad finis assequutionem expeditiorem reddant viam . Finis noster Deus est , ad eumque facilis assequendum , nihil esse potest Sanctorum intercessione conducibilis . Cum itaque Dei nostri Sancti appetenda est gratia , tum Beatorum Spiritum ei indesinenter benedicentium invocandum auxilium , eorumque , ut preces nostras

stras exaudiant, venerandae Imagines, & Reliquiae. Illae nonnisi accurate depictae, quaque pietatem excitent, in Ecclesiis adsint, istae in decentibus elaboratis thecis reverenter custodiantur a Parochis, nec tam frequenti sint usui, minusque ad privatas aegrotantium aedes, absque licentia nostra, circumferantur, sed quandoque tantum in anno, prout obtinuerit usus, exponantur, ne merita a populis reverentia recedat, vel ea saltem parumper inalgescat.

(a) Receptae tantummodo venerentur, nullaque prodeant Reliquiae, quae speciatim a nobis non fuerint adprobatae.

Sint eo ipso excommunicationis vinculo obstricti quicumque temerario ausu minimam Reliquiarum earumdem partitulam ab Ecclesiis Dioecesis nostrae surripuerint.

Vagi cujusvis generis homines prodigiosas Sanctorum Imagines, vel Reliquias ostentantes, iisque cultum trahere praesumentes, pecuniamve, etiam eleemosynae titulo, his artibus captantes, a Vicariis Foraneis, qui Reliquias, sive Imagines curabunt intercipi, continuoque ad nos mitti, arceantur.

Nullae (b) in Sacris Aedibus Imagines proferantur proborum virorum, etiamsi iis religiosae vitae institutis ita prae-celluerint, ut, miraculorum autoritate, sanctimoniae sibi opinionem in hominum mentibus conciliaverint, nisi illi prius in Beatorum numerum per Sanctam Apostolicam Sedem relati fuerint.

Si forte aliquando contigerit, ut Deus ad Fidelium suorum solamen, ad majorem Sanctae Fidei nostrae splendorem, & Ecclesiae suae decus, aliqua de Sanctis prodigia proferre dignetur; Parochi, Vicariique Foranei rem totam diligenter examinent, atque perpendant, confessimque literis reddant nos certiores, qui negotii circumstantiis serio perscrutatis, & Sancta Sede, si opus fuerit, consulta, ad ea devemus, quae Sacrorum Canonum praescriptis magis consona

F

sona

(a) Conc. Trid. sess. XXV. in princ. post decess. do Pergat.

(b) Sacr. Inquis. Congr. II. Oct. 1625.

sona visa fuerint. Interim, ne populo, cuius, ex inducta experientia, in novis rebus inexplicabile gaudium, per falsam creduli nimis, vel potius impii alicujus viri, aut simplis, malignaeve foeminae vocem, illudatur: carent Parochi, ut recentium, si fieri possit, omnino sileat miraculorum rumor (*a*), sin minus, gentium curiositatem nimis effraenate ruentem sustineri paulisper, satagant, Templorum etiam, multitudine urgente, fores occludendo, donec a nobis tota negocii substantia per accuratam inquisitionem comperiatur.

De Indulgentiis.

C A P. IX.

INdulgientiarum thesaurus cum nihil aliud sit ad monitum Sancti Caroli (*b*), quam pretiosi Jesu Sanguinis, & Sanctorum passionis, martyrii, & laborum communicatio; ideo carent Parochi populos sibi commissos istarum virtutem docere, ut cum easdem quamplurimi facere didicerint, majori animi cupiditate lucrantis dent operam.

Cum Summus Romanus Pontifex locupletissimos militantis Ecclesiae thesauros, per munificam Indulgientiarum concessionem, reseraverit, indicent omnibus adipiscendorum rationem, & pia quacque opera in eum finem dirienda, commemorent.

Nullas autem, nisi de nostro mandato, denuncient: nullaque earumdem diplomata emitte, aut apponi patiantur in Ecclesiis, aut Piis quibusvis locis, nisi nos prius publicandorum fecerimus potestatem.

Et quoniam evenire solet, ut Sancta Sedes persaepe eadem Indulgientiarum diplomata, quae dicunt *Brevia*, ad praefinitum tempus concedat, ita ut expirata conditione, non amplius Indulgientiae suo stent robore; usu compertum ha-

(*a*) *C. Perlatum XXVII. de conf. dif. 3.*
 (*b*) *Agor. par. VII. inter liter. postor. epist. II.*

habuimus ; Brevia ejusmodi in Ecclesiis , clapsò etiam tempore , incassum affigi , exponique . Mandamus proinde singularis tam Saecularium , quam Regularium Ecclesiarum , & Piorum quorumcumque locorum administratoribus , ut , intra mensem ab hisce Synodalibus Constitutionibus editis , Indulgentiarum omnium Brevia ad Curiam nostram inspicienda , approbandaque transmittant .

Eo quandoque devenit cohibenda perditorum hominum audacia , ut vel quasi Indulgentiarum sanctimoniam parviperentes , eas huc illuc per jactationem , aut turpis quaestus gratia dispenserent . Volumus propterea , ne quis eorum quovis titulo , privilegio id sibi licere praesumat : si etenim aliquem Indulgentias , absque licentia nostra , decantantem comprehensum fuisse contigerit , super quo Vicariorum Foraneorum cura sedulo invigilet , poenis profecto rigidioribus subjicietur .

De Jejunio .

C A P . X.

SAlutare Jejunium ab ineunte orbis aetate cognitum fuisse (a) , Divina nobis satis ostendunt eloquia . ab ipso Domino longo temporis spatio servatum , amplissimum praebent testimonium Matthaeus , & Lucas (b) . Quamobrem cum nostrum sit recentibus inhaerere Redemptoris nostri vestigiis , pius Jejuniorum usus , optima sane commoditatis ratione , servandus est . Siquidem (c) Jejuniorum operafacilior patet nobis Divinarum consideratio rerum , Spiritus carnis expervatur , diabolicae repelluntur vexationes , precesque nostras hilari admodum , ac benigno in primis intuitu aspectat Deus , a quo per Isaiam loquente (d) certiores redimur , quod in tempore placito nos exaudit .

F 2

Sta-

(a) *Exod. XXXIV. 18. 28. , Joel. I. 14. 12 . 16.*

(b) *Ambo IV. 2.*

(c) *Sanct. Bernard. ad soror. de mod. bene vivend. Serm. XXIV. de abstinent. somma.*

(d) *XLIV. 8.*

Statutis itaque ab Ecclesia temporibus Jejunia servare membrinerit unusquisque, cum ob recensitas utilitates, tum ob eam praecipue causam, ut lethalis reatum culpae deflecat: utriusque enim sexus fideles a vicesimo-primo expirato ad sexagesimum usque aetatis annum, de Ecclesiae pracepto, ad Jejunia religiose custodienda tenentur.

Parochi ea propter, omnes hac de re monere non cessent; & ne ob Jejuniorum ignorantiam debita Ecclesia fraudetur obedientia, iidem, ruralesque Capellani occurrentes in hebdomadis Vigilias inter Missarum solemnia denuncient.

Quadragesimum vero tempus modestissimo Dominicæ Passionis apparatui praecedens (*a*), cum summa observatione sit excolendum, itaque non modo voce ostendant, sed, & campanae sonitu enucleatus indicent, per semihoram, scilicet, ante bacchanalium lapsum, & feriac quartæ cinerum ingressum pulsando, ut quisquis intelligat a vetitis tunc epulis abstinentium.

Nullus propterea cujuscumque ordinis, quem, vel urgens morbi necessitas cognoscenda a Medicis, quorum testimonia gratuita venia nostra comitabitur, vel aetatis imbecillitas non eximit, quadragesimo tempore prohibitis escis utatur.

Caupones nemini illas parent, sint advenae, sint peregrini, sint qui forte petierint lassi, sive potius morbum simulant, nisi eis fuerit authenticum impetratae veniae documentum exhibutum. In casibus tamen alicujus ingravescens mali ab ipsis prius explorandi, facultatem a Vicariis locorum Foraneis obtineant.

Nunquam omnino pateant, sed medii saltus occludantur tabernarum fores, in quibus carni, lacteive cibi venduntur, nec ii per rusticos, aliosque cujusvis generis homines in foris, viisque publicis manifesto venales habeantur.

Recordentur tandem universi, ut dum corpus Jejunio castigant (*b*), peccatorum primo labes expiare, audaciumque impetum sensuum comprimere laborent: habemus enim ex

ip-

(a) C. Quadragesima XIV. de conf. dif. 5.
C. Quod. XIV. per sol. & C. Nihil XXIII. de conf. dif. 5.

ipsius veritatis testimonio (a) : qui jejunat in peccatis suis, & iheram eadem faciens, quid proficit humiliando se & orationem illam. quis exaudiet? deinde vero versentur in pietatis operibus, veluti illa sunt peculia riter a Domino requisita, eique longe Jejuniis jucundiora (b): nonne hoc, inquit, est magis Jejunium, quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris: cui sane Divino Oraculo, si tanto animi studio parere niamur, certissima assequemur Domini promissa (c): tunc etenim matutinum quasi nobis erumpet lumen, & sanitas nostra citius orietur.

De Procuratoribus Ecclesiarum, & distributionibus.

C A P. XI.

UT cuncta Ecclesiarum negocia eo, quo decet, ordine procedant, Procuratores eligendi sunt, juxta laudabilem uniuscujusque Cleri consuetudinem, eorum autem munus ad ea, quae inferius attingemus, referendum est, Comperimus in more huc usque fuisse, ut fructus, redditus, & distributiones, nulla acquitatis lege servata, inter participantes dividerentur: nam, & illi merces in nominibus certis, ac rutis, & alteri in dubiis difficillimeque exactione, & quibusdam in prompta pecunia, constituebatur, siebat quo, ut nonnulli mercedis loco gravissimos inde litium suntus, inani quandoque conatu, cogerentur subire, aliis numerato eadem solveretur. Suadente itaque justitia, quam aequilibri cuique lance volumus ministrari, postulantibusque tam Ecclesiarum utilitate, quam Sacerdotum eisdem inservientium bono, quae omnia antiquissima nobis sunt, jubemus, ut nulli impostorum licet ipsi Ecclesiarum fructus, redditus, & pro-

(a) Ecclesiastic. XXXIV. 31.

(b) Ioseph. LVIII. 6. 7.

(c) Ibidem VIII.

& proventus recolligere , minusque eosdem sibi vindicare ; sed electis dumtaxat Procuratoribus obventionum quarumcumque exactio relinquatur , iidemque , quoties in anno usus obtinuerit , vel potius quando major Cleri , aut Capituli pars repoposcerit , inter participantes , pari ratione , nulloque adhibito personarum delectu , distribuant .

Si quis vero ex participantibus , qui , vel cuius consanguinei , aliaeque benevolae personae debent Ecclesiae , suum , vel aliorum , ut praemissimus , debitum deleri obvenienda sibi reddituum portione flagitarit , cum id aequitati consonum Procuratori ipsi videbitur , quodque sine rerum perturbatione contingat , participantium eorumdem petitionibus obsecundet .

Integra sane animi alacritate , exactiōnē apud Procuratores esse constituimus ; cum etenim in potentes viros satisfacere fortasse recusantes privatorum exilitas Sacerdotum converti nequaquam potuisset , insigne illud exoriturum verebatur malum , ut cum isti per aliquod annorum spatum nihil de eo , quod debuerant , praestitissent , creditorem postea Clerum claudere , & in longiora trahere litigia conarentur . Non ita profecto eveniet , quando se sciant cum universo robustioribus pollente viribus Clero rem habituros , tunc enim cautius procedendo , vel propria subibunt onera , aut coram Judice vocabuntur ad litem , quam porro impensis Cleri , si opus fuerit , contestentur Procuratores , ne quid minimum ex Ecclesiasticis juribus depereat .

At quoniam Cathedralis praesertim nostrae Procuratoribus , quos *Partitores* vocant , difficiles ejusmodi exactiones superesse cognovimus , solutionem enim declinantes , humana , nescimus qua , ratione impulsi , in judicium vocare dubitant , itaut non parum exinde sentiant in reddendis rationibus detrimenti : in eam idcirco venimus sententiam , ut iisdem Cathedralis Partitores , postquam iteratis vicibus debitores requisierint , iique satisfactionem neglexerint , pleno Capitulo in eum etiam finem convocando , illorum , antequam Partitoris officium dimittant , referant negligētiā ,

tiam, ut Capitulum ipsum debitores eosdem repeatat, & contra non solventes, syngrapha, aut instrumenta, quibus est sibi cautum, in judicium producat.

Verum enim vero cum Procuratoris munus laboriosum, nimis, nullaque suffultum utilitatis ratione quisque pro viribus evitare studeat: excepto Cathedralis memoratae Partitore, sancimus, unicuique Procuratori ex eo, quod exegerit participantibus dividendum, stipendium ad rationem trium pro unoquoque centenario pecuniae numero, a promulgatione hujus nostrae Dioecesanae Synodi, constitendum fore. Quod si aliquis, his non obstantibus, collatuna sibi a Clero officium, vel aliter subeundum, absque legitima causa a nobis cognoscenda, ante hac recusaverit, is integra redditum parte per annum sibi obventura, integro tamen praestito servitio, oneribusque aliorum omnibus supportatis, caret. At vero si cum ei Procuratoris partes obeundae, abesse fortasse loco contigat, quocumque postmodum tempore redeat, procurementis munus, quod per absentiam evasit, resumere teneatur.

Habeant Procuratores commentaria, in quae tam acceptum, quam expensum referant, seduloque ac fideliter ita cuncta disponant, ut ne in minimae quidem fraudis indicium deveniri possit. Si enim aliquid in rationum libris dolore ipsos adnotasse compertum fuerit, duplo rependent, aliisque, pro culpa, arbitrio nostro poenis subjicientur.

Expleto procurementis tempore, intra mensem rationes reddant, ita tamen ut duo periti calculatores a Clero eligerentur, qui decenti aliquo in loco, adstantibus universis, vel majori participantium parte, commentaria diligenter examinent, eademque in tantum probent, vel improbent, in quantum res bene, vel male a Procuratoribus gesta suaserit.

Caeterum per necessarium illud maxime est, ut qui in fortem Domini sunt vocati, ii Divinae domui ea, qua pars est, assiduitate ministrent. Nullus idcirco sit, aut in Minoribus, aut in Sacris Ordinibus constitutus, qui certo alicujus Ecclesiae servitio non sit adscriptus. Adscriptionem vero ejus-

modi

modi quicumque , statim ac prima Clericali Tonsura fuerint initiati , supplici nobis porrigendo libello efflagitent perfe-
eturam , ita tamen , ut ea cuicunque Ecclesiae , Piove loco
per nos facta , a receptivis Ecclesiis , cum Sacerdotes fuerint,
iisque adnumerari velint , exceptione servitii minime prae-
stiti , non rejiciantur . Ii autem Clerici , qui nulli ante hac
Ecclesiae addicti fuere , receptivis eisdem locorum inser-
viant . Verumtamen omnes in Sacerdotium evesti , post
quam sex mensium spatium receptivae Ecclesiae obsequiis
impenderint , dummodo ab eo loco originein traxerint , vel
inibi per decennium commorati fuerint , nullo Archipresby-
teris , aut Clero supplici libello praesentato , de participan-
tibus illico intelligantur : firma tamen remanente , si ea ,
quam maxime laudamus , alicubi viget , consuetudine , ut
qui ad participandum admittuntur , certum pecuniae nu-
merum in beneficium Sacrae convertendum persolvant .

Si quis demum in Sacerdotium cooptatus , quavis de cau-
sa participatione indignus reputabitur , volumus eo partici-
pationem praetextu minime retardari , sed , ea non cessante ,
causam nobis proponi , ut , per pensa , ad confirmationem ,
vel confirmationem ejusdem procedere valeamus .

De Choro , & Divinis Officiis .

C A P . XII.

Ecclesiastica disciplina , ad monitum (a) Sacrae Tridentinae Synodi , cum collapsa fuerit , restituenda est , cum in columnis conservanda . Novimus in hac Dioecesi minus quam ut noster ferret animus efflorescere : ad eandem propterera vegetandam solitudinem nostram universam con- vertimus , integerrimique illius Sanctitate praefulgentis vi- ri Caroli Mediolanensium Archiepiscopi normam sectantes , binos quacumque in Ecclesia censores , *Punctatores* dicunt , in Sacris saltē constitutos eligendos esse decernimus , quo- rum

(a) *Sej. XXV. de Ref. cap. 20.*

riam electio sit apud Capitulum , seu Clerum ad annum duratura .

Punctatorum partes : nunquam procul abesse a Choro , dum Divina persolvuntur Officia , nunquam Concionibus deesse , nunquam reliquis quibuscumque Sacris functionibus , sibiique dumtaxat ipsis legitime praepeditis idoneos alias substituere , per quos eorum vices expleantur .

Ab hoc munere neminem immunem volumus ; mandamusque , ut statim ac Punctatores electi fuerint , coram omnibus jurandum singuli praestent de partibus suis fideliter obeundis , hac formula a laudato (a) Sancto Carolo tradita :

Ego N. N. Punctatoris officium , quod suscepi , per haec Sancta Dei Evangelia juratus , sancte promitto , ac spondeo me fideliter , & sincere , quantum in me est , executurum .

Sic me Deus adjuvet , & haec Sancta Dei Evangelia .

Libellum habeant , in quem accurate redigant Clericos debitum Ecclesiae servitum posthabentes , rilui , nugsque in Choro vacantes , statutisque in Cap. de vit. & honest. Clericorum diebus festis in Missa Parochiali Sanctissimo Eucharistiae Sacramento se non reficientes ; patique diligentia describant Sacerdotes , qui justo impedimento non detenti , Divinis Officiis , Sacrisque aliis actionibus non interfuerint . Et quia cum malum abesse , at pessimum profecto sit interesse absque ea modestia , ac devotione , quae Sacro cuicunque loco maxime convenit : iidem propterea praestiti Deo jurisjurandi gravitatem , religionemque serio perpendentes , animadversionemque ; si in perjurium inciderint , nostram subituros se excogitantes , in libellis toties suis , omnibus humanis rationibus , & affectibus posthabitatis , referant Sacerdotes , quoties eos vaniloquiis , aut alteri cuicunque immodestiae generi induluisse perspexerint .

Memorati Clericorum , (quorum nomine Diaconos etiam hic , & Subdiaconos intelligimus ,) defectus , & immodestiae ,

G quum

(a) Act. Mediol. par. I. in Conc. Provinc. IV. Cap. de distribut. §. Quod de Punctatorum .

quum candidatorum examen pro Sacris conferendis Ordinibus habendum significabimus, aperte nobis, vel nostro Generali Vicario a Punctatoribus indicentur; Presbyterorum vero, quos, quotiescumque Choro, Sacrisque functionibus defuerint, vel immodeste in eodem Choro se gesserint, tot binis assibus, vulgo *grani*, praesentibus accrescendis multandos esse decernimus, eorum, inquit, menda Ecclesiarum Procuratoribus, tum quum generales proventus partiendi sunt, significantur, iique sub poenis arbitrio, ac supplementi de proprio, tantum ex illorum mercede subtrahant, aliisque, qui praesentes fuere persolvant, atque rependant, quantum Punctatorum supputandae notationes praesetulerint.

Ea autem pecunia, quae ab iis, qui Concionibus non intersunt, vel ab illis, qui Procuratoris declinant, & rejiciunt munus, proveniet, in communi depositarum capsarum asservetur, nec in aliquem quantumvis Pium Sacrariorum usum, nobis inconsultis, convertatur.

Ad occurrentum modo potiori, quo possumus, remedio quorundam Ecclesiasticorum malitiae festinamus, edicimus, que, ut nullus a Choro, Divinis nondum absolutis Officiis, Sacrisque functionibus peractis, nisi cum vera necessitas exegerit, audeat discedere: Eos, qui tertio, absque necessitate, a Choro, ineptiis vacaturi, exiveriat, a Divinis vestigio, quoad nobis libuerit, suspensos declaramus: statuimusque, sub eadem poena, in gravioribus immodestiac, & irreligionis casibus, e quibus majora scandala possent oriiri, ut Punctatores, vel si abfuerint, antiquior inter Sacerdotes praesentes, contumaces acrius corripiendos nobis deferant.

Sic debitam Choro modestiam, sic devotionem, sic Ecclesiasticae fortasse disciplinam repeatam, imminutamve restitui posse confidimus. Nihil idcirco reliquum videtur, nisi ut ejusdem quoque tum dispositioni, ac decori, tum quieti consulamus. Decori prospicimus, mandantes, ut omnes non aliter Choro intersint, quam superpelliceis indu-

ti , jubentesque , ut non confuse , & abrupte Divinis Officiis principium detur , sed omni cum externa corporis compositione , unde & interna provenire solet , proferatur prius ab eo , ad quem de jure spectat , alta voce , in medio Chori oratio illa Aperi Domine , quam reliqui secreto , ac toto pietatis consensu , repeatant : Horarum deinde recitatio omni vocum unione , & concentu , omnique magis pia mentis elatione , cunctanter expleatur . Quietem inducimus , a Choro laicos , ejusque septo , vulgo Presbiterio , necnon ab Altarium ambitu , dum Sacra inibi fiunt , vel Divina persolvuntur Officia , abesse praecipientes , quibus non exeuntibus , vel non excludi praeſumentibus , Ecclesiasticis quoque eos , dum Divina peraguntur , non ejicientibus , Interdicti poenam Romano Pontifici reservatam , illico incurrendam proposimus .

De Cathedrali Ecclesia , ejusque Capitulo , & Clero .

C A P. XIII.

CUM Cathedralem Ecclesiam sponsam nobis praedilectissimam a Domino datam peculiari quadam , ut par est , plenaque solitudinis benevolentia prosequamur ; illud propterea semper in animo fuit nostro , ut ornamentorum copia , & splendidior ejusdem induceretur aspectus , & Divinus magis magisque in ea cultus adaugeretur . Id itaque quo facilius , ut optatur , eveniat , omniaque in Cathedrali ipsa Ecclesia quamperpolate procedant : primo inductum illum a nobis morem temeri praecipimus , ut Divinis quotidie Officiis , Canonicisque Horis , Capitulares , atque Participantes per turnum vacent , ad formam Edicti nostri jam olim promulgati septimo Kalendas Augufti MDCCXXII. , & Decreti a Sacra Concilii Congregatione , instantे Capitulo interpositi .

Exinde vero cum Sacrae Supellestis exiguitas , Altarium squalor , aliarumque indecentia rerum , expedita postulare

remedia dignoscantur ; ad ea nos exhibenda praecipuas Pastorialis vigilanciae nostrae curas convertimus . Et quoniam agnoscimus , multa in dies emergere , quibus reparandis , supplendisque vires nostrae impares sunt ; hinc ea , quae possumus , praestare cogitantes , multis serio perpensis , adhibitoque maturo Capituli nostri consilio , sancimus , ut nullus cujuscumque conditionis Clericus servitio Cathedralis adscriptus , quovis practextu ab eo reddendo deficiat , maxime cum ob Clericorum corundem numerum rara cuique contingat hebdomada , nec ullo pacto tolerandum sit , ut , promptis quibusdam se exhibentibus , alii tardiores debitum Ecclesiae famulatum declinent .

Per hebdomadas itaque Clericos quoscumque a decimo-
quarto ineunte aetatis anno usque ad Subdiaconatus asse-
quutionem inservire praecipimus , renuentesque , manda-
mus , in compensationem posthabiti servitii ab aliis redditii ,
argenti drachmas viginti , vulgo *Carlini* , in beneficium Sacra-
rii convertendas , per singulos annos , absque ulla prorsus ex-
ceptione , persolvere . Hac vero solutione , ejusque via
delectu , debitis Ecclesia obsequiis minime fraudetur , sed ,
juxta fratrum in dignitate constitutorum judicium , suffi-
cientes Clerici quotidie Choro , Divinisque Officiis intersint ,
& Festis quibuscumque , nec exceptis qui solutionem pro-
positam , ob non praestandum assiduo servitium , amplexi
fuerint , omnes in Cathedralem Ecclesiam convenient , Sa-
cras ceremonias , majori , quo possit , cum decore , per-
soluturi .

Ubi autem ad Subdiaconatum , & Diaconatum promoti
fuerint , a praestando per annum servitio non censeantur
exempti . Ejus idcirco temporis intervallo Cathedrali Eccle-
siae per hebdomadas pariter famulentur , Chorum frequen-
tent , eique praesidenti ad nutum pareant , quodque hucus-
que non fuit in more positum , tanto cum Ecclesiasticae di-
sciplinae detrimento , se in suscepto Sacro Ordine exerceant ;
Ecclesiasticos enim decet , re tales se profiteri , operibusque
illis assuefcere , per quae vinca Domini , in quam cultores

no-

nobiscum sunt evocati, magis enitescat. Verumtamen iidem Subdiaconi, & Diaconi teneantur viginti-quinque drachmas in beneficium Sacrarii, pro unoquoque primo solemni utriusque Ordinis exercitio, erogare.

Huc refert male illam olentem, improbandamque quorundam locorum eliminare consuetudinem, qua inductum est, ut Clerici Sacros Ordines assequuti munera Cleris, ex quadam veluti obligatione, clargiantur, vel convivia, quibus non raro crapula jungitur, quum in susceptis iisdem Sacris Ordinibus solemniter primo ministrant. Morem hunc a cuncta plane Dioecesi abesse volumus, propositamque dumtaxat drachmarum viginti-quinque solutionem, sub gravissimis arbitrio nostro poenis, teneri ubique jubemus.

At vero cum unumquemque in quovis Ecclesiastico Ordine constitutum, & Cathedrali Ecclesiae, de qua praecepit sermonem habere proposuimus, addictum, eidem deceat inservire; ut illo redeat, unde sermo discessit, recentis jam Clericis, Subdiaconis, Diaconisque, reliqui sunt atttingendi Sacerdotes. Ab hoc ordine, velut caeteris praefantiore, acuitate etiam suadente, majoris Cathedralis uritas est expertenda. Quippe cum in Sacerdotium cooptati, & servitio Cathedralis adscripti, ex vetusta Ecclesiae ipsius consuetudine, jus illud petendi participationem, ubi se occasio dederit, adipiscantur, enixaorem propterea operam in prodigae matris obsequium ab iis dandam fore, exploratum plane est. Debet nam proinde, ut singuli Cathedralis Clerici, postquam in Sacerdotium pervenerint, Sacrae per annum integrum famulentur. Iisdem vero Sacristae majoris cedat nomen, ejusdemque muneris partes omnes inhaerent, quas anteacti olim Sacristae majores expleverent. Onus ejusmodi, post promulgatas Synodales haec leges, Sacerdotes universi Cathedrali addicti, qui modo non participant, antiquioribus incipientibus, invadant, Gregorianoque interim cantui dent operam, cumque probe addiscant: ii enim, qui Gregoriani ejusdem cantus, praevia aliquiis ex illis, quos examinatores hujus rei designavimus,

in-

investigatione explorandi modulos minus calluerint, vel memoratum Sacristae majoris officium subdole declinarint, in participantium numero nunquam locabuntur.

Nullum Sacristae praefinitum stipendium constituatur, sed emolumentis dumtaxat iis, quae reliqui fortasse ultra mercedem percepere, contentus, commendatis caeteroquin sibi partibus accurate respondeat. Quare summa aureorum duodecim, quae usque adhuc per singulos annos Sacristae reddebatur, ejus imposterum subeuntibus vices antedictis, in beneficium cedat Sacrarii. Statim vero ac quilibet eidem custodiendo, moderandoque fuerit adscitus, idoneam prius praestet cautionem de munere suo fideliter obeundo, accuratumque exinde inventarium rerum omnium ad Sacrum pertinentium conficiat, quod a Dignitatibus subscribatur, & in capsa triclavi asservetur, ibique, occasione ferente, notet tum denuo adauctam, tum vetustate deminutam Supellestilem, itaut absoluto administrationis anno, redditisque Capitulo, & Participantibus rationibus, Inventarium ejusmodi a Dignitatibus iterum subscribendum, adprobandumque, in tabulario ad aliorum normam recondatur.

Parum Cathedralis Sacrario, cuius levandis angustiis nullo fuit usquedum praefinito reditu consultum studii nostri oculos advertisse videremur, nisi majoribus excogitandis, constituendisque subsidiis ita adjiceremus animum, ut eidem amplificando ornandoque operam nostram conferre jam cepimus. Aegre siquidem cum ferremus illius tum angustias, tum nulla prope commoda, erigi a fundamentis decentissimum curavimus, fabrefactisque nuceis armariis muniri festinamus. Armaria ejusmodi, statim ac perfecta fuerint, singulis Dignitatibus, Canonicis, & Participantibus, pro necessaria cujusque Sacrae Supellestilis conservatione, gratis ex nunc concedimus, & impertimur, ac succedens posthinc in ipsorum locum aequem ac illis volumus imperitari, & concedi, ea tamen disparitate, ut quicumque Dignitatem, vel Canonicatum a promulgatione hujus Constitutionis nactus fuerit, aureos quinque, quicumque in Partici-

ticipantium numerum fuerit relatus , aureos tres , ante capiendam possessionem , omnino Sacrario persolvat .

Ad habendam praedictorum redditum omnium , quos Sacrario destinavimus , rationem , peculiarem illico eligi a Capitulo Collectorem , ab eoque regulas in *Appendice num. III.* fusim datas ad unguem servari , sancimus .

His praesertim modis (praeter ea , quae in aliis Synodi hujus locis , ubi Cathedralis non reperitur excepta , constitutimus) tandem aliquando fore confidimus , ut squalor ab Altaribus propulsetur , desiderataque Sacra in Supellectili decentia inducatur : quod cum ultra Religionis cultum tenuat etiam in honestum Capituli , Clerique solamen , in Civitatis honorem , & in posteriorum exemplum , ingenti propterea alacritate legibus hisce condendis manum admovimus , quibus , quantum in nobis fucet , roborandis vires nostras universas perpetuo intendamus .

De Piis Sodalitatibus .

C A P. XIV.

LAUDATISSIMUS in Ecclesia Piarum Sodalitatum inolevit usus , ad enutrienda bonarum opera virtutum , Christianosque mores aptius confovendos apprime conferens . Cupientes autem nos ad ubiores quotidie fructus eos profici , qui salutaribus earundem regulis sese obstrinxere ; & re videtur , ut unumquodque Sodalitium probum sibi Sacerdotem praeficiat , qui , si fieri possit , ad audiendas Christifidelium confessiones sit adprobatus , & munera quaque ad Spiritualem Sodalium utilitatem conducentia possit explere . Unicuique Sodalitati sunt jura , statuta vocant , legitima authoritate confirmata , quae ad amissim serventur . Sicubi autem ejusmodi leges defuerint , aequitati bonisque moribus consonae condantur , earumque adprobacionem intra terminum duorum mensium obtinere current .

Singulis quibusque duobus pariter mensibus adstantibus

fra-

fratribus eadem met statuta legantur, cumque aliquis in Sodalium numerum recipitur, aperta denuo voce recenseantur, & novo fratri, si opus fuerit, explicitur.

Religiosae consuetudines firmo stent robore, Officiumque Beatae Mariae Virginis, ubi mos invaluerit, in privatis Oratoriis, vel Ecclesiis recitetur. Ubi vero pium hoc opus est intermissionem, vel potius ignotum, ut inducatur, Parochi ex animo studeant, & si minus, ob fratrum impeditiam, fieri possit, Rosarii recitatione suppletum iri curent.

(a) Parochiales functiones in Sodalitatum Oratoriis nullae peragantur. Itaque non inibi fiant Palmarum, Candelarumque benedictiones: Missae in Feriis quinta, & sexta, ac Sabato Sancto non celebrentur: Sanctissimum Eucharistiacum Sacramentum nequaquam in iis asservetur, minusque, absque licentia nostra, exponatur. Tum vero cum, nobis annuentibus, fuerit expositum, Sacerdos assiduo cum duobus Sodalibus comitali veste, quam dicunt *Sacco*, indutis adsit, idemque, quum advesperascit, recondatur.

Officiales quoque noverint se expleto annali munere, rationem reddere debere, ut alii ipsorum obtineant loca, nisi iidem, fuerint iterum legitime designati. Ad hanc autem confirmationem consonum non videtur, ut aliquis recipiatur, qui in anteacta administratione debita in damnum Sodalitatis, vel Oratorii, seu Capellae conflasset, si prius ea non dissolverit, aut idoneam cautionem non praestiterit de solvendo intra mensem, quo expirato, ad satisfactionem ipsam liberandam re cogatur, idemque servetur quoad omnes alios, etiamsi iterum delecti non fuerint, vel fidejussionem non dederint.

Aequum est etiam, ut unaquaeque Sodalitas duos bene compactos libros habeat, in quorum primo omnia Confratrum nomina, diesque, & annus, quibus quisque receptus fuerit, eodemque modo separatim quidquid ab iis in Congregationibus constitutum fuerit, describatur: in altero vero proventus, & sumtus omnes, quaecumque legata,

aggre-

(a) Sac. Cong. Conc. in Placentina XXIX. Maij 1660.

aggregationes , Indulgentiarum diplomata , caeteraque huiusmodi adnotentur ; verumtamen uterque ex memoratis codicibus , ne ullo unquam tempore depereat , in Piorum eorumdem locorum Archivio , vel in Parochiali custodiatur.

Tabella quoque ne desit , in quam cunctorum nomina Sodalium sint relata , publiceque visenda exponatur .

Postremo Sodalitates eleemosynas non quaeritent , absque nostra , Vicarii generalis , vel Foraneorum licentia , ut fuisse in Cap. de Quæstibus indicamus ; nec Officiales , aut alii , quavis de causa , quidquam e Sodalitorum rebus audeant emancipare , nisi prius nostra , & fratrum mente explorata .

De Supplicationibus .

C A P . XV.

SOlemnem Supplicationum , quas Processiones dicunt , Ritum , seu ad justam Dei pacandam iram , vel Gratiarum petendarum caussa institutum , Catholica Ecclesia a Spiritu-Sancto edocta , solicita semper cura , studuit servari , dicente Domino (a) : *invoca me in die tribulationis : Nos praetereundum non duximus , quin illas saltem attingeremus .* Dum ad eas igitur sermonem vertimus , pauca paucis complectimur , carentes ,

Ne praeterquam Cathedrali in Civitate , & Parochialibus in Dioecesi (exceptis iis , quibus peculiaribus privilegiis , aut probatis consuetudinibus consultum aliter foret) ulli Ecclesiarum liceat publicis , aut privatis Supplicationibus fungi .

Nullae prodeant ex Oratoriis (b) , a Regularium septis nullae .

Supplicationes in Rituali Romano praescriptae habentur , novae non instituantur nobis inconsultis .

Optima illa , quae de Sanctissimo Sacramento semel in H

(a) Psalm. XLIX. 14.

(b) Barbos. de off. & pot. Episc. par. III. alleg. 7. num. 7.

mense peragitur, ubi in Dioecesi nostra viget Supplicationis consuetudo, servetur: iis in locis, ubi id haec tenus non est in more positum, ut in morem transire satagant, Parochos hortamur enixius.

Eorumdem Parochorum sit curae, Supplications ipsas obeundas populis nunciare; Eorum, omnia in iis accurate disponere, ne confusionibus detur locus.

Ecclesiastici cujusvis Ordinis omnes, & (a) Regulares, ad Sacri Tridentini Concilii praescriptum, convenient, Sodalitates accedant.

De Funeribus, & Sepulturis.

C A P. XVI.

Decedentibus vita Fidelibus debita Christianae pietatis officia, juxta optimum Catholicae Ecclesiae Ritum, persolvenda sunt. Cum autem ea non in Supervacaneis necessariorum tristitia, & gemitibus, sed in precibus, & orationibus posita sint: merito censemus improbari oportere, non minus squalentem quorundam Sacerdotum significacionem, quam venditatum ineptarum foeminarum, post consanguineorum interitum, furorem.

Ecclesiastici itaque, qui ad quadraginta a propinquorum obitu dies barbam nutrire solent, ante decimum-quintum, ut etiam *in Cap. de vit. & honest. Cleric.* demandatur, eam omnino tondeant, sub poena unius aurei nullo pacto remittendi, & in Pios propterea usus nobis placitos convertendi; nec mulieres, passim praeficarum more crinibus, cadavera, dum in Ecclesiam conferuntur, ejulatibus Pias Sacerdotum cantilenas interventibus prosequantur; alias enim si a clamoribus, admonitae, non destiterint, ab associantibus Sacerdotibus Psalmorum recitatio omittatur, summoque silentio procedatur, donec perventum fuerit ad Ecclesiam, a qua, nisi forte mulierculae silverint, erunt omnino ejiciendae.

Re-

(a) *Sess. XXV, cap. 13. de Regulari.*

Recta ad Ecclesiam cadavera pergent ; associantesque Sacerdotes , sub poenis arbitrio nostro , accensas in manibus candelas ferant .

Parochi (iis dumtaxat exceptis casibus , in quibus Ecclesiastica Sepultura , ad praescriptum Sacrorum Canonum , foret deneganda) Fidelium , praesertim vero misericordum cadavera , quovis praetextu , etiam non soluti funeris , insepulta detineri non permittant : si enim aures nostras patperum ab eis fortasse inhumaniter habitorum querimonias pulsaverint , in eos pro arbitratu nostro gravissime animadvertemus .

Defuncti omnes in Ecclesia , quam sibi elegerint , absque tamen praecuditia jurium Parochialium , tumulentur . Sacerdotum vero , quorum , dum vixere , gradus ab Laicis sejunctus fuit , in Laicorum eorumdem Sepulturis promiscue corpora non condantur .

Puerorum septennio minorum corpuscula in diversis pariter tumulis ponantur . Nullum autem extra Sepulcra corpus humetur , nullo enim modo , sine licentia nostra , Ecclesiae solum , sive pavimentum est effodiendum .

Quolibet anno , juxta Sanctissimi Domini Nostri BENDICTI XIII. sanctionem , adveniente die obitus ultimi Dioecesis Antistitis , tam in Cathedrali , quam in omnibus paucim Collegiatis , & Parochialibus Ecclesiis , solemine Anniversarium pro ipsius anima celebretur . Infra vero octavam commemorationis Fidelium defunctorum aliud acque , solemine Anniversarium offeratur pro omnibus Episcopis , qui Anglonensi huic Ecclesiae praefuerunt .

Cum vero moderantem actu Dioecesim Praesulem , a nobis incipiendo , qui e mortali pariter corpore constamus ; de vita migrare contingat , dilecti Capituli nostri , & proprietatum eidem praesidentium Dignitatum sit , sub poena suspensionis successori Episcopo reservatae ipso tunc incurriadic nuncios mittere per universam ipsam Dioecesim , ita ut singuli Cleri intra tres dies certiores de obitu Episcopi reddantur . Re autem hujusmodi cognita , omnes locorum

campanae per diem integrum ad moestitiam pulsentur, ac diebus tertio, septimo, & trigesimo in medio Ecclesiarum decens pyra, doloris castrum alias appellata, nigris pannis operata erigatur, totumque mortuorum Officium cum Missis de requie canatur. Et velut aequitati apprime respondeat, ut Sacerdotes, quibus regendis, gubernandisque non parum curae defunctus Episcopus suscepit, ac pertulit, erga ipsum grati animi vicissitudinem ostendant; ita, sub eadem Suspensionis poena successori Antistiti reservatae, in quam illico incident quicumque consulto, de industria, vel malitiosa, non paruerint, constitutis tribus iisdem diebus tertio, septimo, ac trigesimo unusquisque Sacerdos pro defuncto Praefule (dilatis in aliud tempus quibusvis Missarum oneribus) si Officium duplex fuerit, Sancti illius, sin minus Mortuorum Missas offerat, ut, pacato facilius ita misericordiarum Domino, in Coelestem Beatorum Sedem dignetur Animam ipsius admittere, & collocare.

De Testamentis, & Legatis Piis.

C A P. XVII.

CUM piarum dispositionum eura^(a), a Sacro-Sancta Tridentina Synodo nobis praecipue sit demandata, vigilantia nostra postulat, ut ad dobitam earumdem inducendam exequutionem aliqua edisseramus. Tabelliones itaque omnes monemus, ut Pia quaecumque Legata, quae in ultimis Fidelium voluntatibus, Codicillis, Donationibus, aliisque hujusmodi scribent, ad Legatiorum current intra mensem devenire notitiam: publicam enim dedecet fidem consulta illa Piarum dispositionum obductio, qua Piorum locorum praejudicio, non sine fraude, perduto, Fidelium eundem contingit voluntates retardari, ac destitui.

Parochis vero, qui duobus, vel tribus adhibitis testibus, juxta Piarum voluntatum favorem, testamenta conficiunt,

prae-

^(a) Seeff. XXII. de Ref. cap. 8.

principias, ut Legatorum ad Pias causas quorumcumque authentica exempla Piis illis locis exhibeant, quorum commodo cedunt, ut eadem ex Testamento petere legata possint.

De Bonis Ecclesiae non alienandis, deque eorum Inventario, & Archivio.

C A P. XVIII.

JAM vero ab inspectione Piorum Legatorum expediti, Ecclesiasticarum rerum securitati, & conservationi propicias, declaramus: nemini licuisse Ecclesiastica Bona immobilia, mobilia, semoventia, redditus, actiones, jura, nomina debitorum, & hujuscemodi vendere, permutare, obligare, aut quomodocumque alienare, nisi de Apostoli co placito, quod ante stipulationem contractus erit obtinendum, vel in ipsa saltet stipulatione enucleata per clausulam reservandum, nullo interim pacto antequam idem assensus sit obtentus, rerum dominum transferendo.

Alienationem rerum quarumcumque Ecclesiasticorum locorum exigui valoris, quas, attento Ecclesiaram Dioecesis nostrae statu, & exactorum temporum observantia, eas est se decernimus, quae aureorum quinquaginta valorem non excedunt, absque licentia nostra, sub poena nullitatis, & excommunicationis illico incurriendae, interdicimus; mandamusque, ne aliqua quamvis otiosa pecuniae summa a. Piis locis foemori detur, sive in emptionem, ut ajunt, annuum reddituum applicetur, nisi prius assensu nostro per supplicem libellum expostulato.

Ob praediorum locationem, vel in emphyteusim concessione, Canonicas Sanctiones, & praesertim novissimas Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIII. voluntus observari.

Tum vero cum, suadente majori Ecclesiarum utilitate in Curia nostra plene probanda, Bona in emphyteusim concedi

di posse arbitrabimur, mandamus, in Instrumentis debitissimis Solemnitatibus conficiendis praediorum nomina, situm, aestimationem, naturam, fines, accurate describi; clausulamque illam apponi, ut, scilicet, vicesimo-quarto anno eadem instrumenta emphyteutarum suintibus renoverentur.

Utque tutius Ecclesiarum nostrae Jurisdictioni subjectarum patrimonia tueantur, & ab usurpationibus vindicentur, necessarium sane illud est, ut praefata quaeque Pia loca habeant Inventaria, vulgo plateas, in quibus Bonorum omnium mobilium, immobilium, & emphyteuticorum, Decimarum, Canonum, Censuum, Jurium, Actionum, Remorum male alienatarum, seu usurpatarum, aliorumque ejusmodi ratio habeatur.

Plateas ipsas, intra sex a promulgatione hujus Synodi menses, Archipresbyteri, Beneficiorum Rectores, Ecclesiasticorumque locorum Administratores, sicuti legales non fuerint, legales fieri carent: expirato enim praefinito sex mensium spatio, & plateis, ut praemissimus, nondum absolutis, omnes, quos ad praestandas coegerimus, debitissimis poenis respective multabimus.

Ad roborandas Subscriptionibus plateas plures quam haberi possint, sed duo saltem ex locorum Senioribus, publicisque Notarius adhibeantur, adjiciaturque in fine cujusque Inventarii, quod per illud nullo modo ulterioribus Ecclesiarum juribus, si forte alia postmodum reperiri contigerit, praecjudicetur.

Authentica Inventariorum, sive platearum exemplaria in Tabulariis, sive, ut ajunt, Archiviis jampridem ad formam mandatorum nostrorum erectis, una cum Instrumentis, & Scripturis omnibus, custodiantur: horum autem Inventariorum exempla, iidem, qui ea confici curarunt, post duos a conditis menses, ad nos mittant, ut in Episcopali Archivio nostro generalis index Bonorum omnium, ad maiorem Ecclesiarum securitatem asservetur.

De

De Immunitate Ecclesiastica.

C A P. XIX.

Ecclesiastica Immunitas a Sacris toties Canonibus, Sanctissimorumque Principum Decretis prospecta atque tutata, cum nostrae peculiariter sollicitudini concredita sit, idcirco ad eam incolumem servandam muneris nostri partes se vertunt. In Dioecesi nostra, ex quo ingentem laetitiam hausimus, religiose invenimus circumspectam, neque violatam unquam nobis contigit doluisse. In eo ut persistant, Dynastas Dioecesis, qui se Piissimos usquequaque praebuerunt, hortamur enixius: Sanctam enim decet Ecclesiam, cuius in gremio nasci a Domino reportarunt, veluti communem Matrem amplecti, & recognoscere. Illud ea propter in memoriam libet eorum dumtaxat revocare, ut Pias Subditorum voluntates ad Ecclesiasticam vivendi normam protendentes nullo unquam tempore, nulloque pacto retardent: vestigalia super Clericos non imponant: de iis non cognoscant, minusque ad propria Tribunalia illos perducant: confugientes ad Ecclesias, ab iisdem vi, doloseque extrahi non permittant. Caeterum veluti Censuras adeo timendas contra Ecclesiasticae Immunitatis perturbatores prolatas, proferendasque apprime norunt, ita, ut ab incurrendis caueant, etiam atque etiam rogamus.

De Quaestibus.

C A P. XX.

Quamquam clarae memoriae Matheus Cosentinus, macerissimus Ecclesiae istius Antistes, idemque dignus, qui adhuc illius gubernacula sustineret, in Synodibus editis Constitutionibus calamo non pepercit, ut quae ritantium catervas ad hanc Dioecesim confluentes propulsaret; ea tamen est gentis audacia cum improbitate conjuncta,

ut nullo hactenus remedio comprimi potuerit. Inhaerentes propterea nos cum Synodalibus iisdem Constitutionibus, tum Decretis (a) Sacri Tridentini Concilii, vagosque ejus generis homines a Dioecesi nostra abesse omnino volentes, Vicariis omnibus Foraneis injungimus, ut eos quibuslibet Religiosis vestibus sint induiti (non enim dubitant rapaces lupi male sanam ovium pellibus decipiendi libidinem tege-re,) & quovis praetextu eleemosynas quaeritare contendant, ad petendas ostiatim in frumento, vino, oleo, aliisque ejusmodi non admittant; sed advenientibus messium, cacterisque opportunis temporibus, Parochialium in primis Ecclesiarum nomine eleemosynae flagitentur, velut in Cap. de Ecclesiar. nitor. & reverent. sancivimus; illarum deinde quaestu absoluto, aliis Ecclesiis, & Capellis, non tamen de jure Laicorum patronatu, Sodalitatibus, Regularibus mendicantibus, dummodo in eis debita Superiorum licentia concurrat, & fines suos non transeant, ac Eremitis Dioecesis dumtaxat nostrae, a Vicariis Foraneis opportuna eleemosynas quaerendi facultas detur.

De Concubinatu, & Lenocinio.

C A P. XXI.

Foedissima impudicitia (b), nefas est, & iniquitas maxima, ignis est usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina, id quod Aeterna testatur Veritas per Job, addens per Ecclesiasticum (c): *qui se jungit Fornicariis erit nequam: putredo, & vermes haereditabunt illum, & extolleter in exemplum majus, & colletur de numero anima ejus: Quamobrem si toto spiritus conatu a quibuscumque impudicitiae sordibus est abstinentum, tanto profecto magis ab execrando, immundoque concubinatu, quem pestis more huc disurrentem, extremamque populis minitatem perniciemtan-*

(a) *Sift. XXI. de Ref. cap. 9.*

(b) *Job XXXI. 11. 22.*

(c) *XIX. 3. 4.*

tandem aliquando convulsum iri satagimus. Ut itaque desiderium nostrum prona commissi nobis gregis officia prosequantur, omnes etiam, atque etiam in Christo rogamus, ab infando isto flagitio penitus abhorrire, ut & justam Dei iram evadant, & Censurarum gladium a nobis pro Pastorali nostra solitudine distingendum deflectant.

His propositis, quamvis ea nitamus spe, ut sibi unusquisque cautum esse velit; tamen si quos, Deus non faxit, in concubinatu vitam trahere Parochi competerent, humanis adhortationibus eos ad purae vitae studium revocare laborent, & concubinas illico ejiciendas, deserendasque nuncient. Sin autem, admonitione posthabita, in peccati ne-xu adhuc perseverant, nobis continuo deferantur, Laicos si quidem Ecclesiasticis sententiis compescemus, acrioribus sa-rie poenis affligemus Clericos.

Mulieres ipsas criminis socias, flagitorum omnium causam, a quibus (a), Deo teste, *virorum iniquitas*, haud levius feriemus, & contra utrosque ad excommunicationis subsidium, servatis iis, quae servanda sunt, devenire non dubitabimus.

Eamdem porro animadversionem nostram subibunt impurissimi alienae libidinis administri, castarum virginum, ceterarumque honestarum mulierum mentes nefariis Lenocinii artibus, ex quodam veluti suscepto instituto, corrum- pentes; nihil denique reliquum erit, quod nos hac in re, collatis undique vigilantiae nostrae studiis, acerrime non prosequamur.

De Vita, & Honestate Clericorum.

C A P. XXII.

CRYSTALLINA SPECULA etsi ad lucem per se ipsa concipientem minime apta, a coruscantibus tamen Solis radiis verberata, tantum ipsi retribuunt, quantum ab eo luminis

(a) *Ecclesiastic. XLII. 13.*

recepere: Populorum animos specula, Ecclesiasticorum mores appellare Soles hic lubet, ut ii, qui in sortem Domini sunt vocati, qua vitae integritate, & quanta debent morum compositione, suavitatemque praestare intelligent: sicuti enim specula sine luce non emitent, ita populi, absque proposito Clericorum exemplo, ardue nimis in officio se conteneret satagunt: Multa itaque consultissima ista Constitutione moderari, plura etiam inducere nobis proposuimus, ut cum ea, quae statuemus, fuerint adamassim servata, Ecclesiasticus Dioecesis ordo magis eniteat, habeantque, qui cuunque illum contemplati fuerint, quod imitentur.

Piane ab exteriori corporis habitu interiorem praesertim cordis munditiem exordientes, Clericis quibuscumque in memoriam revocamus, eorum habitum a Clericali quidem decore minime alienum esse debere, sed opus aequum esse, ne seculi pompa sapiat.

Superiores propterea vestes, ac tunicas, praeter nigras, non gestent, nigra sint omnia femoralia, tibialia, calceamenta.

Nullum in eis vani coloris integumentum appareat, ita ut nec violaceis quidem utantur, nisi eis liceat ob specialem Apostolicae Sedis indulgentiam, veluti si Prothonotarius dignitate fuerint decorati.

Bulgae Superiori eidem non insint vesti: non fatis ampliae sint manicae, non villoso, neque undato intecto serico, non polymito in extremitate cooperiantur.

Album collariolum non superimponatur subuculae, sed nigrum eidem subsit collare, quod obseratum deferatur.

(a) Barba non incomposita, aut ultra quindecim dies passa: capilli tondeantur, ita ut pateant aures.

Capitia, vulgo Coppole, quibus, non sine maxima Clericalis decoris imminutione, multos extra domum uti comperimus, cuiusvis coloris sint, sub poena unius aurei, per oppidorum vias nullus gester, nullusque in itinere præter nigra adhibeat.

Capitiuncula, quæ dicunt Scorzette, sub eadem poena, non

(a) C. Clericus V., & C. Si quis IV. hoc sic.

non ferant Clerici, sed tantum Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi.

Fictis comis omnino interdicimus, cyprio pulveri, inauribus.

Annulos nullus deferat, cui ob consequutam in aliqua liberali disciplina lauream, vel ob aliquam aliam legitimam rationem non competit.

Omnium denique incessus ille sit, qui a communi proborum virorum usu, & laudabilibus consuetudinibus receptum est, ac probatum: & haec extra Ecclesiam.

Ecclesiam vero ipsam, de Parochialibus loquimur, sub pena suspensionis nobis reservatae illico incurrendae quoad Sacerdotes, aliisque infra declarandis pro reliquis, nullus qui in Sacris Ordinibus sit constitutus, vel etiam Clericus in minoribus Beneficia Ecclesiastica possidens, sine tali vesti ingredi audeat: volentes nemini suffragari obtentas fortassis a nobis ante hanc Synodum facultates utendi brevioribus vestibus, etiam in Ecclesia, licentias namque hujuscemodi quascumque revocamus, delemus, nulliusque momenti declaramus.

Universi propterea Sacris Ordinibus insigniti, necnon inferiores Clerici Ecclesiastica Beneficia, ut supra, obtinentes, intra quatuor ab evulgata Synodo menses, quos, ipsorum commodo consulentes, eisdem benigne clargimur, ut propositas poenas evitare possint, proprios integros talares habitus, non autem pallas, quas vocavit *Mantelline*, sibi comparant, quos, in Ecclesiam se conferentes, omnino, ut praeципimus, gestent.

Singulis item Sacerdotibus, & Clericis tam Sacrorum, quam Minorum Ordinum sint propria, munda, & decentia Superpellicea; itaut Clerici, si ea non habuerint, ad alios Ordines progredi non possint, Sacerdotes, nisi intra mox impertitum quatuor mensium spatium eadem sibi Superpellicea quaesiverint, eo tempore clapsa, suspensi intelligantur, donec eadem sibi comparaverint.

Omnes iidem Clerici in minoribus habeant quoque, vel

talarem habitum, vel nigram pallam, sive *Manellinam*, ut ajunt, quam ferant super breviorem vestem, quoties con-tigerit, ab iis in Ecclesiasticis Functionibus adhibenda esse Superpellicea, quae super brevem habitum a nullo prorsus iudici posse, statuimus.

Verum ne nos lateat quinam Clerici in Minoribus pro-priam saltem pallam, & Superpellicium non habuerint, vel qui ex Diaconis, Subdiaconis, & Clericis Beneficia Eccle-siastica possidentibus proprio talari habitu caruerint, ca-veant Archipresbyteri, sub gravissimis arbitrio nostro poe-nis, a quacumque falsitate, quam attestaciones circa haec (velut in Cap. XXXVI. de aet. & qualit. praeficiend. praescribitur) sunt facturi, & Vicarii Foranei, si, quod absit, te-stimonia ejusmodi falsa fieri compererint, nobis deferant, nisi severiorem animadversionem velint experiri.

Habitus elegantia proposita, morum compositionem in-ducimus, ut facilius in caeteros bonum virtutum semen in-feramus. Et a Divino cultu ducentes initium, utpote in eo promovendo praecipua solicitudinis nostrae studia colloca-mus, jubemus, ut unusquisque Sacerdos, vel in aliis infe-rioribus Ordinibus constitutus, Divinis assiduo intersit re-bus, sed praesertim diebus Festis, quando frequentior po-puli multitudo convenit.

Sacerdotes semel saltem in hebdomada Sacrum faciant, Ecclesiasticorum reliqui bis in mense, atque occurrentibus anni Solemnitatibus in Missa Parochiali, modo ut secerni ab omnibus possint, Sacra Communione reficiantur, ejusque rei documentum, cum ad Ordinationes accesserint, una- cum aliis requisitis ostendant.

Concionibus non desint, haudquaquam Supplicationibus. Adsum Christianae Doctrinae, cuius rudimenta, quae scire omnino tenentur, populis ab iis sunt tradenda, ut satis di-lucide in Cap. de Christiana Doctrina declaravimus.

Ut autem ea, quae debent alios docere, plenius sidem cognoscant, habeant cuncti Doctrinam Cardinalis Bellar-mi parvam, ab eaque Fidei dogmata rudiorum animis in-serenda decerpant.

Sa-

Sacerdoti Tridentini Concilii, Ritualis Romani, Rubricarum tum Missalis, tum Breviarii. Veteris, ac Novi Testamenti lectionem frequentent, ut exinde cumulate percipient quidquid eorum ministerium, officium, moderamen attingit. Concilium tamen ipsum Tridentinum nulli ad Subdiaconatum promoto desit.

Immo cum universi Cleri nostri reformatio a Supremo bonorum omnium clargitore Deo potius, quam a vocibus, & mandatis nostris sit processura: idecirco Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos omnes hortamur enixius, ut Librum aliquem Meditationum, sive mentalis Orationis normam tradentem, post duos a promulgatis hisce Constitutionibus menses, omnino sibi comparent. Id nobis, qui difficiles maximopere animarum progressus absque mentali Oratione cognoscimus, tantum cordi esse testamur, ut statuamus poemam drachmarum quinque, pauperibus distribuendarum, contra illos, quos tempore Sanctorum visitationum ejusmodi libro carentes inveniemus. Verum neque ad Sacros Ordines, neque ad audiendas confessiones quemquam approbamus, qui mentalis Orationis partes abunde non calluerit.

In his igitur cum versari potissimum debeat Clerici, ab inutilibus propter ea libris, in fabulosis, & vanis rerum narrationibus perniciosa escam porrigenibus, caveant. Ab amatoriis, obscenis, turpibus, insanaque, & fallaci doctrina refertis, magis atque magis. Nihil enim unquam infensissimus humani generis hostis ad mentis puritatem coquinandam, nihil ad morum probitatem destruendam, vivitandamque, nihil ad religiosam pietatem violandam, corrumpendam, foedandam, nihil unquam in melliflua specie venenatius propinavit.

(a) Memores vocationis, qua vocati sunt, ea, quae servare oportet, custodiant solliciti, quaeque vitanda, cauti declinent. Hinc mulieres quascumque, praeter coniunctas in primo, & secundo consanguinitatis, & affinitatis gradu, non retineant domi, nec famularius praetextu, neque actatis

(a) *Ad Ephes. IV. 2.*

tis jam maturae , proiectae , aut senioris colore : omnis enim mali suspicio removenda , & (a) , cum Apostolo , em- nis fornicatio , aut immunditia , nec nominanda quidem , si- cut decet Sanctos , cum nihil sit contemptibilis , aut foedius , quod , diabolo instigante , non fiat appetibilius , & elegan- tius , ut ex Authore libri de singularitate Clericorum inter opera S.Cypriani sic alloquente constat : *Cum Clerico foemina nulla commaneat : non despeta , non vetula , sive affinitate pec- culariter suscipienda ad domesticum obsequium , quia magis illic cito delinquitur , ubi sine suspicione securum potest esse delictum , maxime quia cupidini nulla deformitas , nulla despicio fastidii : vel vilis existit , sed diabolus pingens pretiosum efficit quidquid foedum , & horridum fuerit .*

Illud igitur e re esset , de quo etiam per amplerem mon- mus , ut Ecclesiastici nostri probos aliquos pauperes viros , qui non desunt , ad submovendum minimum murmuratio- nis afflatum , necessariis servitiis manciparent . Quod si ob horum deficientiam , vel ob maius commodum , quod pro- fecto nullum secernimus , mulieres ipsas famulatui addicen- das duxerint , id , sine licentia nostra nequaquam fiat . Eam- dem licentiam non denegabimus , certiores redditi de ea- rum vita , moribus , aetate , & qualitate , quodque lenoci- nii , meretriciive nota non fueriat inustae ; interim mandan- tes , ut post mensem ab hac Synodo publicata , quicumque famulas quinquagenarias retinentes ad nos deferant appro- bandas , sub poenis , quas arbitrio nostro reservamus . Alias autem si quas habuerint viridioris aetatis , gradibus dumta- xat superius enunciatis exceptis , illico sub iisdem poenis abjiciant .

Verum enim vero non modo a praedicta scandalorum an- fa , sed etiam se abstineant a familiaritate mulierum , nul- losque cum eis congressus , nullaque habeant secreta collo- quia . Domorum fugiant frequentationem , interventus ad nuptialia convivia , ad choreas , spectacula , ludicros appa- ratus , aliosque id genus coetus , ubi amatoria , lasciva , tur-

(a) *Ad Ephes. V. 3.*

turpia ad animarum fascinationem proponuntur.

Eminentio habitu nullo pacto , nulloque tempore incedant: nocturnas deambulationes effugiant . Si quis larvatus deprehensus fuerit, quinque aureorum poena multabitur : si quis, absque necessitate , post secundam noctis horam , per viros oberrans, carens lumine , & praesertim Clericalibus exutus vestibus , vel cantilenis vacans , duplo majorem sentiet animadversionem , eamdemque subibunt prodeantes in scenam sine licentia nostra .

Armorum usus satellitibus magis convenit, quam Ecclesiasticis , quorum arma sunt orationes , & lacrymae : ideo cum jure optimo a municipalibus fidelissimi hujus Regni legibus Laicis interdicantur , potiori sane ratione Clerici ab iis prohibendi sunt (a) . Nullus propterea in posterum quavis de causa , aut occasione , quodcumque armorum genus deferas , absque speciali nostra in scriptis licentia ; si enim aliquis arma prohibita , veluti sunt latiora , breviora , vel brevissima , manualia tormenta , mucrones acuminati , cultri Januenses , aliique spithameae longitudine , vulgo palmo , maiores , asportarit , ad Pontificias triremes , sive ad ergastulum per biennium damnabitur , vel alias arbitrio nostro poenas dabit . Qui vero diversa armorum genera non prohibita detulerit , is vel in carcere ad sex menses detrudetur , aut aureos viginti-quinque persolvet .

Ut autem ventis verba dispergere non videamur , mandamus Vicariis omnibus nostris Foraneis , ut sedulo invigilent , quosque armatos diu , noctuve divagari compererint ; eodem capi current , & ad Curiam nostram confestim mitti ; si enim , ipsis scientibus , vel conniventibus , aliquis praecipitis nostris ; audax , contravenerit , & eorum incuria , seu culpa detentus non fuerit , in eos gravius animadvertemus .

Quis arma deferendi solaminis causa licentia a nobis facta fuerit , non tamen ad clamoras venationes agendas concessa censeatur ; ideoque solo aucupio , vel quo leviter maior

(a) Clementina Diocesanis lib. III. sit. 2. §. Adversus , hoc sit.

jori contenti , ferarum vestigia , quibus magis convenire videbitur , relinquant .

Procul ab aleis , taxillis , lusibusque omnibus , in quibus locum fortuna tenet , & animae consequenter imminet periculum . Si duos lusisse compertum fuerit , ambo animadversionibus nostris obnoxii sunt . Amissa damnum passo restituatur pecunia . Cuncti sive lusores , sive potius spectatores , ludentibusve domi suae praebentes locum , alteri si dejubentes , aut pro aliis sortem tentantes , rei sint carceris arbitrio nostro . Convincantur autem per juratum duorum testimonium ; at Vicarii Foranei , quorum etiamnum vigilantiam requirimus , in inquirendo sint solertes .

Artem medicam , vel chirurgicen absque Apostolicae Sedis placito nulli exerceant (a) : nullam vulgaribus , indecorisque disciplinis dent operam .

Tutelam quamvis per tabulas testamentarias eis designatam non suscipiant , nisi consanguineorum favore idoneo altero tutore carentium . Accedat tamen nostra in scriptis licentia , quam , cum semotum lucri studium dignoscemus , pietatemque in primis inspectam , clargiri non dubitabimus .

Proprias iis , & domesticorum lites , Piorum locorum , & miserabilium personarum tantum , non tamen quaestus gratia , in Civili Judicio patrocinari , permittimus . Nequam favore aliorum , nobis non requisitis .

Nullum de re criminali , nisi nos potestatem fecerimus , apud Judicem Laicum accusent : immo nec principale , quod dicunt , nec suppletorium testimonium perhibeant , nisi prius coram nobis , vel nostro Generali Vicario juraverint in veritatem . Cum vero damnum in bonis aliquod passi fuerint , tum , absque licentia nostra , Forum , si velint , adeant Laicale ; at enim si caussa , ob quam accusant , gravis sit , & ea quae acris poena puniri possit , poenam illam , quae sanguinis est intelligenda , se non intendere , protestentur .

Abusus varios , ad quos potissimum tollendos Sanctiones hasce dirigimus , in aliquos Dioecesis nostrae locos audi-
mus

(a) Clem. Dioecesanis lib. III. hoc sit. 1. in print.

mus irrepsisse. Relatum est enim, quosdam Clericos pridie illius diei, quo in susceptis Sacris Ordinibus solemniter primo ministraturi sunt, in Ecclesiam se conferre, ac vespertilis absolutis, a Clero, populoque Sacris indumentis ornatos dominum adduci, ut inde in postero mane, eodem ornatu, eodemque comitatu, ad Ecclesiam reducantur. Adversari consuetudinem istam Pontificiis Constitutionibus, ex eo satis indicatur, quod in Lectionibus diei II. Augusti apud Breviarium Romanum habemus, Stephanum, nempe, Papam, & Martyrem Sacrarium vestium usum Clericis extra Ecclesiam interdixisse: vanitatem autem a Clericali Ordine tantopere dissidentem subolere, vel eadem ipsa res plane suadet. Decem propterea aureorum poenam irrogabimus iis, qui Sacris, ea occasione, vestibus abusi fuerint, nec dimidium censurae ejusmodi Clericis associantibus condonabimus.

Eadem profecto ratione puniemus illos, qui pridie commemorationem defunctorum per loca, ut usuvenisse acceptimus, discurrent, vinum, ligna, farinam, panem, aliaque esculentia quaeritantes, ad agendum noctu convivia in turribus Ecclesiarum, ubi assiduo, effraenato, adeoque injucundo vacant campanarum sonitui, ut populus potius quam ad pietatem incitetur, in iram adducatur. Eam ob rem campanas ipsas, prima noctis hora expirata, omnino silere, nec amplius, nisi ut cum dies illuxerit pulsari, mandamus.

Eleemosynae autem, quae praedicta die a Fidelibus in Ecclesiam afferuntur, in remoto, decentique loco per Procuratorem destinando, nullo vero modo circa tumulum eretum, aut sepulturas, sub poenis arbitrio contra Procuratorem ipsum, & Parochum, reponantur. Eae demum in animarum suffragium convertantur, vel pauperibus, ubi exiguae nimis fuerint, clargiantur.

(a) Turpissimum est, ut qui se Divino Cultui manciparent, terrenis quoque curis, Laicorumque famulatui sese addi-

K

(a) C. Omnes III. dif. 47.

addicant, cum nihil sit aptius ad Clericalem prosternendam dignitatem. Inhaerentes itaque (a), Pontificiis sanctionibus, statuimus, nulli Ecclesiastico licere quibusvis Laicis personis, quamcumque auctoritate, aut nobilitate praefulgeant, inservire in eo, quod ad domus praefecturam, ad guberniorum administrationem, vel rerum agendarum curam, & ejusmodi attinet, sub poena suspensionis illico incurrandae. Quod si hucusque Dynastarum petitionibus obsecrare inurbanum duximus, ideoque aliquos memoratis officiis addictos toleravimus: onus humeris nostris impositum in praesentiарum propriis respicientes, tolerantiam praeditam quibuscumque abrogamus, delemus, nullamque volumus, omnibusque praeципimus, ut post tres menses a Syndodi hujus publicatione a munericibus ipsis desistant, sub poenis ultra suspensionem arbitrio nostro reservatis.

Doluimus enim aliquos Ecclesiasticos renunciatis officiis fungentes non semel gravissimis aerumnarum laesionibus affectos. Alios interemos, fortunis alteros orbatos, plerosque huc illuc divagari compulos, nec ad vitam auctoritas nostra defunctos revocavit, reorumve supplicium exegit, nec bonis juste privatos patrocinio juvit, nec oberrantibus consulere valuit. Facultatibus idcirco nostris quoad praemissa cedentes, Sanctissimisque insistentes Sancti Cypriani vestigiis, qui pro quodam Christiano defuncto (is enim testamento rerum aliquarum temporalium curam Sacerdoti mandaverat) prohibuit, ne Sacrificium efferretur, quia, ut ajebat, non est dignus, ut pro eo sacrificetur, qui Sacerdotem Dei ab Altari distraxit, nullum unquam imposterum ad haec officia patiemur; itaut si aliquis coeca ambitione aliis praesidendi, veluti saepe saepius, inductus, haec sibi obcunda munera proposuerit, ad Sanctissimum Dominum nostrum Papam configuiat, cuius sapientissimo oraculo cuncta supponimus, in cuius manus omnia libentissime collocamus.

Acriter plectremus eos, qui publicis Universitatum officiis,

(a) Clem. Diaecesanis lib. III. tit. I. cap. I. §. Adversus, hoc sic.

etis, quaecumque eadem sint, ministriaverint, nec ulli unquam exercendorum potestatem faciemus.

His praeceautis, moniti etiam illius memores Sancti Isidori Pelusiota, qui tantum, ait, inter Sacerdotem, & quemlibet probum interesse debet, quantum inter Caelum, & Terram discriminis est, omnibus ob oculos ponimus quanto studio eo contendendum sit, ut optimis contingat moribus informari. Quicumque propterea, praesertim Sacerdotes, rectam ejusmodi morum informationem a Deo expectandam dignoscentes, orationum assiduitate, ac fervore eandem sibi asse- quendam proponant, & ad regulas bene vivendi in Appendix relatas num. IV. omnino se conforment. Diurnas autem, ut decet, Horas recitaturi, non eas per vias, plateasque, si- ve Laicis sociati, perfuntorie legant, ita ut a Sodalium nu- gis, vel ab occurrentium, recurrentiumq[ue] salutationibus abstracti, perceleri in librum oculorum conversione j. xix. quid legant secernant, nihil vero quod secernunt considerent; sed domi, vel in Ecclesiis, aut in locis plane decen- tibus, atque ab omni abstractionis periculo remotis, sub poenis, quas congruentes arbitrio nostro irrogabimus, Di- vina recitent Officia.

Professionem quisque suam opere fateatur, comprobet incessu, ostendarque habitu, quem propterea Clerici nullo pacto dimittere audeant, sub poenis arbitrio pariter nostro, nisi, praecedente Curiae nostrae decreto, Clericatu sese abdicaverint; exploratum enim habuimus, ad deflectendum Laicale Forum plerosque Clericos affectare, ad effugiendum brachium nostrum Laicos esse praefumere.

Ecclesiastica Beneficia obtinentes, qui in habitu, & ton- sura, ut par est, assiduo non incesserint, sed Laicalibus ve- stibus usi fuerint, se, sciant, juxta recentem Sanctissimi BENEDICTI XIII. Constitutionem incipientem Catholicae Ecclesiae, non modo ad beneficiorum usque privationem per nos omuino fore coercendos, verum etiam ipso jure benefi- ciorum eorumdem amittere fructus in commodum fabricae. Ecclesiarum, in quibus erecta sunt beneficia, convertendos,

ac propterea , absque illa prorsus diminutione , sub poena laethalis culpac , a contumacibus Ecclesiis ipsis reddendos . Ab ea autem redditionis obligatione a nullo absolvi , aut liberari possint , cum absolutio , & liberatio ejusmodi Summo Romano Pontifici in dicta Constitutione sit reservata .

Clerici Matrimonium contrahentes Ecclesiasticam praetextam deferre non presumant , nisi pariter intercedente Curiae nostrae decreto , quod ad eorum instantiam favorablem interponemus , cum iidem constare fecerint , cum unica , & virgine contraxisse . Hi tamen , si Clericalibus privilegiis gaudere velint , id , quod a Sacro Tridentino Concilio , Sacrisque Canonibus praescribitur , observent .

Ea quae hactenus pro majori Ecclesiastici nitoris augumento sancivimus , a Graecis quoque sive Albanensibus Dioecesis nostrae Clericis ad unguem servari volumus . Et veluti , non sine admiratione , comperimus , eorum singulis proprium Breviarium non esse , itaut cum Canonicas Horas velint recitare , ab his dumtaxat , qui illud habent , commodum sibi dari sint petituri , ex quo saepius Divina intermittuntur Officia ; omnibus propterea iidem Graecis , qui ad Horarum recitationem tenentur , praecepimus , ut sub poena suspensionis illico incurrendae , intra sex menses ab hac Synodo lecta , promulgataque , ultimae editionis Breviarium graeco ritui accommodatum sibi comparent : si enim quemquani in Sancta visitatione proprio Breviario carentem inveniemus , acrioribus etiam , ultra suspensionem , arbitrio nostro , castigationibus subjiciemus .

Caeterum si quid fortassis in tanta Sanctionis farragine , praetermissimus , quod ad avertendum suboriturum quandoque malum desideraretur , inani ejusmodi refugio acuminata cujusdam malitia distinctionem nostram vitari posse non cogitet ; oculatus enim , quam quis suadere sibi possit , cuncta minutatim inspiciemus , nihilque reliquum erit quod a nobis incisim non recenseatur . Omnes proinde ex integro muneri studeant suo , ut non modo sententiae nostrae acrimoniam declinent , verum etiam , ut praecellarum populis

vc-

verae integritatis maturat exemplum , uberioresque , curatione , in agrum Dominicum fructus quotidie properent , adageantque , scientes , quod non inconsiderate in Constitutionis exordio Solis nomine eos appellavimus , sed a Divini Numinis oraculis pendere Orationem nostram curavimus , ut exinde cum eo concluderemus (a) : *Vos estis lux mundi : sic lucet lux vestra coram hominibus , ut videant opera vestra bona.*

De Casuum Conscientiae Disceptatione.

C A P. XXIII.

MOrarium Casuum Disceptationem semel in hebdomada in Sancta visitatione ubique haberi mandavimus , maximaque cordis alacritate decreta nostra in cuncta plane Dioecesi adamussim servata intelleximus . Hinc est , quod nihil in eo desiderandum superest , nisi ut illi , quae adhuc tenuere , vestigiis Ecclesiastici insistant , & bonus inductus ordo serveretur . Quod ut facilius contingat , Sanctione quoque ista eadem decreta roboramus , mandantes , ut Moribus quaestionibus , singulis quibusque hebdomadis , omnino ubique locorum habendis , omnesq; intersint a Sacerdotibus usque ad Sacris Ordinibus insignitos .

Congregationum Praefecti , quos nos ipsi , ad submovendas dissensiones , per annum eligemus , duos disceptandorum quaestionum articulos initio uniuscujusque hebdomadae scriptos , publiceque videndos in Sacrario affigant , ut omnibus tempestive pateant recensendi . Sub ipsis vero articulis , seu casibus , ponant illorum Ecclesiasticorum nomina , a quibus in Congregatione voluerint eosdem Casus explanari , ac dissolvi , ut ii , qui designabuntur , exactiori studio materias perscrutentur , & examinent . Praefinita aurea Congregationis habendae die , ab iisdem , quos descripsire , ferri de casibus judicium mandent , aliorumq; sententias explorent , ac Doctorum postremo nixi consiliis ,

pro-

(a) Matth. V. 14. 16.

probabiliores *opiniones congerant*, easque referant.

Priusquam vero Congregationem dimittant, unum Synodalium iistarum Constitutionum Caput legant, & vernalculo deinde sermone totius ejusdem Constitutionis substantiam explanent.

Optimum esset, ut de persolvendis rite Missae ceremoniis, de ratione excipiendi Fidelium confessiones, iisque in extremis juvandis, aliquid in Congregationibus ageretur. Id, si vacaverit, Praefectorum zelo commendamus.

Jubemus denique, tabellam intra mensem fieri, in quam singuli Ecclesiastici, quos convenire decrevimus, redigantur, & quando defecerint, adnotentur. Cum enim, Deo dante, laudatissimum, tantique progressus opus, non sine labore instituerimus, volumus ita servari, ut si aliquis secundo dolose, suaque culpa Congregationem declinaverit, in suspensionem illico incidat, nec ab ea absolutus censatur, nisi cum reliquis Congregationibus interfuerit.

De Archipresbyterorum, sive Parochorum cura, & vigilancia.

C A P . XXIV.

Superno dirigente Numinе ita in Sancta Catholica Ecclesia cunctа disposita, ut mirum quam torvo lumine, diabolis exagitatus stimulis, pervicax infidelis Romanarum ordinem rerum inspiciat. Instituto enim Christus Dominus Petro, iste Vicarii vice fungens in terris, ut succrescentem Fidelium numerum rectius moderaretur (a), Moysen imitatus, Episcopos sibi suffecit, ii autem Parochos cooptarunt (b), onus Angelicis ipsis humeris formidandum firmius sustentaturi. Parochorum itaque munus in Ecclesiastico Ordine excellens, inter caeteros necessarium, cunctis omnibus periculosius; eis enim quasi Pastoribus numeratae sunt oves.

(a) *Exod. XVIII. 14.*

(b) *Conc. Trid. sess. VI. cap. 1. de Refor.*

oves (a), quarum ja^ctura non tantum deperditae errori, quantum illius, qui praecedit, culpae imputanda.

Superiorem proinde in ipsis locum obtineat morum integritas commissio gregi in exemplum anteponenda, scientia praefulgeat populis communicanda, prudentia, suavitas, moderatio, ad omnium animos sibi conciliandum; eorumque obsequia promerendum.

Ista non minus in Parochis requiriuntur, quam dignoscantur. In unum tamen, seilicet ad doctrinam cuncte convenient; qui enim ignorantiae tenebris non detinetur, id, quod suum est, facilime perspectum habet.

Sanis ea propter studiis enixam dene operam, iisque praesertim, quae sua sunt, animum adjiciant, &c, praeter libros in superiori Cap. de vit. & honest. Cleric. enunciatos, alios habeant Concionibus accommodatos, ab assidua quorum lectione edocti, expeditius, Festis diebus, Evangelium explanent, salutaribusque populos documentis imbuant.

Synodales hasce nostras Constitutiones, quas postquam impressae fuerint, distribui quamprimum curabimus, non modo habeant, sed & frequentissime perlegant, eorum munia ita prope pervisuri, ut ne minimum quidem praeterant de his, quae utiliter pro solerti Pastoralis curae administratione sparsim tradidimus.

Saepius eisdem legendas proponimus, iterumque attente ponderari, & animadverti mandamus, cum nihil proficeret usque ad finem Synodi praescripsierimus, quod ad eorum signanter officium pertinere non dignoscatur. Omnia proinde arte custodian; edicta, quae in Appendice apposimus, itemque Vigilias, & Festivitates, statuto tempore, publicent: Caput vero IV. de Doctrina Christiana, a quo tota pendet animarum salus, quam diligentissime (etiam atque etiam in Christo monemus) observent.

Laudabilis illius Evangelici Pastoris (b), qui animam panis pro ovibus suis, normam sectantes, non gregis modo gressum

(a) Ibidem.

(b) Iren. X. II.

sum prosequantur, & dirigant, sed & a ferarum incursi-
nibus tutum reddant. Siquidem versutus ille grandaevus
Dominici ovis inimicus Lopus voracissima in priores
Agnos ora pretendere minime dubitans, insanam facile ex-
pleret rabiem, nisi Sacramentorum munimine, superbum
caput, immundaeque fauces pessum darentur. Ea igitur cre-
brius Parochi Sacraenta ministrent, quibus vel gratiae mor-
tui reviviscunt, vel in gratia constituti obfirmantur; cae-
terisque pro opportunitate utantur.

Infirmis praesto sint, eosque in angustiis positos congrue
solentur, indigentes adjuvent, aliosque, qui opem ferant,
invitent. Morbi vero vi crescente, ad suscipienda Poenitentiae, & Eucharistiae Sacraenta disponant; cumque
in extremis aliquem laborare compererint, Sacro illum per-
fundant oleo, validis ad Coelum cohortationibus invitent,
animam Deo, consuetis Romani Ritualis precibus, com-
mendent, nullaque curent, quae praecipuae eorum sunt
partes, Christianae pietatis officia desideranda superesse.

Missam Parochialem (a), ad Concilii Tridentini praescrit-
ptum, & iterata Sacrae Congregationis monita pro populo
offerant, ita tamen ut nullam eo nomine eleemosynam qua-
rere, vel recipere audeant.

Pias populorum consuetudines commendent, easque ser-
vari, abusus penitus eliminari laborent, invocato etiam,
nisi danda ab iis opera suffragetur, auxilio nostro.

Campanae sonitu quascumque anni Vigilias, & Festivi-
tates, terque in die Salutationem Angelicam turent in-
dicare, aurora, videlicet, consurgente, meridie, ac vi-
cesima-quarta diei hora pulsata. Gentes autem de Salutatio-
ne ipsa flexis genibus devote recitanda commoneant, referen-
do Indulgentias a Summis Pontificibus concessas, & recens
exemplum Supremi Ecclesiae Pastoris BENEDICTI XIII.,
qui, cum Salutatio Angelica significaretur, non dubitavit
Rheda desilire, atque in coenosofo foro genua flectere.

San-

(a) *Seff. XXIII. de Ref. cap. 1., Hidruntina XIII. Febr. MDCXXXIX. Romana Con-
gregationis S. Susanna XVII. Julii MDCXLIX., Clusina V. Julii MDLXX.*

Sancta visitatione a nobis intimata , accuratam , eamque nullo a veritate modo aberrante in relationem componant , nobis postmodum advenientibus exhibendam , in quam referant corrigendos populorum , & praesertim Ecclesiastico- rum mores , eliminandos abusus , controversias dirimendas , ea denique omnia , quae ad spirituale omnium bonum inducendum , utilemque visitationem obeundam conducere posse judicaverint . Frugalem vero , eo potissimum tempore , nobis , & familiaribus nostris mensam apponi jubeant ; largius enim quam ut par esset , in anteacta visitatione epulas parari comperimus .

In Archiviis Parochialibus , quae erigi mandavimus , summa cum elegantia , tum dispositione recondant , & asservent quaecumque Instrumenta , Donationes , Legata , Codicillos , Inventaria , Visitationis decreta , Onera , Privilegia , Concessiones , Indulgentiarum diplomata , Reliquiarum authentica testimonia , omniaque ejusmodi jura quomodocumque ad Ecclesiam pertinentia .

Habent quinque ordinatos Libros , nempe : *BAPTIZATORUM : CONFIRMATORUM : MATRIMONIA CONTRAHENTIUM : STATVS ANIMARVM : & MORTUORVM :* in quibus accurate describant quidquid in dies adnotandum contigerit . Veteres vero Parochiales Codices , nisi , ut prae- missimus , distincti fuerint , in Archivum recondant , novisque conficiant , & eos , si ob majus commodum , domi retinuerint , itaut , occasione ferente , in chartulas contingentia referre opus sit , quodcumque in chartulas ipsas retulerint , intra dies quindecim in libros regerant , & formulis omnino Romani Ritualis utantur .

Sponsam , quam a Domino receperunt , Ecclesiam , oforum more , non deserant : nudam non patientur : ejus ornatui studeant , honori prospiciant .

Sint Choro assidui , & cum Fratribus Sacerdotibus non imperiose , non insolenter , humiliter , moderate , jucundissime agant .

Primum in eodem Choro locum obtineant . Parochiales
L fun-

functiones (iis exceptis , quas Synodalibus Constitutionibus felicis memoriae Mattheus Cotentinus Cantoribus indulxit) per se ipsos expleant , aut , senio confecti , Adjutorem , *Oeconomum* , sibi dari postulent , a quo tamen Oecono mo nullum quoad jus praecedendi reliquis praejudicium inferatur .

Caeterum Cantores , deficiente Parocho , ipsius in posterum vices minime subeant ; sed cum iidem Parochi , adversa valetudine laborantes , legitimove aliquo alio impedimento distenti , proprio eorum muneri per se ipsos satisfacere non valuerint , Oeconomum , si adfuerit , sin minus probum alium Sacerdotem ad Confessiones audiendas adprobatum ad decem dumtaxat dies sibi substituant , eoque tempore elapso , si adhuc in impedimento perseverarint , ab ipsis tantum substitutos , non vero Oeconomos per nos electos confirmari petant .

De Vicariis Foraneis.

C A P. XXV.

VIRES nostrae tam latae Dioecesi , cui multa situs asperitas , locorumque frequentia , moderandae haudquam pares , pernecesse Foraneorum Vicariorum opera indigent , quibus sane , veluti insigniori quodam Ecclesiasticæ vitae decore praeluentibus , ab Ecclesiasticis omnibus praecepuis honos , & cunctis vero , jurisdictioni præsertim nostræ subjectis , debita obedientia exhibenda est . Non autem ii , gradus præstantia inflati , reliquos , quibus præsunt , Sacerdotes despiciant , sed eos tamquam fratres amplexentur , & agnoscant , illosque tantum delegata sibi auctoritate cohibeant , qui propriæ vocationis immemores , Pontificiis Sanctionibus , Synodalibusque hisce nostris contravenerint .

Quocirca inunus suum respicientes , Tridentinum Concilium , & Synodum hanc habeant , apprimeque calleant ; si quidem in Ministeriis nostris plusquam in aliis integra eorum

co-

cognitio , & sana doctrina exspectatur , cum nulla major subditis delinquendi fiducia , quam Superioris ignorantia , quae paucis contenta , ab omnibus facillime declinatur , decipiturque .

Sane etiamsi ea praecipue cura nos anxerit , ut Vicarios Jurisperitos , qui recte jus suum unicuique tribuere valerent in delectum habere curaverimus , nihilominus tamen cum plerisque in locis facultate ejusmodi praeditos non reperissemus , facto opus fuit , ut iis uteremur , qui praeclarius partes illas sustinerent . His itaque omnibus , ut nulla ignorantiae excusatione tegere se possint , praeter ea , quae in varijs Synodi hujus locis , & documento in Appendice apposito , num.V. , mandavimus , adhuc inferius observanda propinquimus .

Iis in locis eorum vigilantiae commendatis , Edicta nostra , Synodales Constitutiones , Sanctae visitationis decreta , ac mandata universa custodiri laborent : Festos dies venerari , iisque cessari current a laboribus . Nulli autem servilia annuant opera , nisi concedente jure , fusim in Cap. de festor. dier. cult. & observant. expenso .

Si Archipresbyteri munus suum accurate non obiverint , vel , derelicta , sine licentia nostra , animarum cura , discesserint , quae omnia sedulo animadvertant , illorum defectus nobis meminerint significare .

Referant etiam saepius ea omnia , quae ad eorum pertinent officium , itaut singulis saltem quibusque quatuor mensibus certiores nos reddant de statu locorum , deque actionibus Ecclesiasticorum , scandala omnia , jurgia , dissensiones , & malefacta quaeque recensendo , nisi acrem arbitrii nostri sententiam subire velint .

Lites tribus tantum aureis , nec amplius eo numero conclusas brevi Judicio componant , solaque facti veritate inspesta : explorata , si Jurisperiti non erunt , & resanceps fuerit , Doctoris alicujus sententia .

Nulli , sub poena suspensionis , sive Saeculari , sive extero Sacerdoti Regulari , quem non cognitum plane habeant;

Missae celebrationem permittant, nisi prius Commendatitias ejusdem literas recognoverint.

Coacto nunquam Clero desint, ac inter fratres Sacerdotes nulla dissidia oriri patientur; exorta eliminant, & ex eorum authoritate, prudentiaque componant.

Clericorum actiones diligentissime perscrutentur: omitentes Ecclesiae servitium redarguant, & ad nos deferant: nec cui ipsorum potestatem faciant abscedendi a Dioecesi, nisi de licentia nostra.

Quaecumque in Cap. de vit. & honest. Clericor. sancivimus, ad unguem ut serventur dent operam, de coeque praesertim invigilant, ut universi, a Diaconis usque ad Clericos, in Missa Parochiali, statuto tempore, Sanctissimum Christi Corpus assumant.

Verumtamen cum saepe saepius, ob Vicariorum conniventiam, sive potius humanum affectum, quorumdam culpare tardius, vel non satis probatae, innotuerint, itaut non sine maximo partium dispendio aliis inquisitiones delegare coacti fuerimus: nos eusmodi conniventiam improbantes, mandamus, ut Vicarii Foranei quam diligenter excessus omnes perquirant, statimque *Informationes*, quas dicunt, capiant, tam ex officio, quam ad partium instantiam: si enim *Informationes* ipsae, eorum culpa, vel negligentia verissimae captae non fuerint, vel intra terminum dierum octo ad Curiam nostram non pervenerint, illos, sciant, quibus mandabuntur negotia, contra se praecepue ituros, indeque fore, ut ab officio repellantur, acrioribusque etiam plectantur arbitrio nostro poenis.

De Puerorum Seminario.

C A P. XXVI.

MAjus est laboris praemium suscepta opera, optato diu fine, claudere, ac perfecta luculenter inspicere. Eam nos integrant, quam labor derivat, voluptatem tametsi de Seminario

hario amplificato, tandemque a nobis restituto non suscepimus, eo quod eidem non satis redditibus consultum, nec voluntati nostrae adhuc factum censemus: aliqua tamen laetitia afficimur, cogitantes, tantum fuisse studio nostro juvatum, ut Seminarium, quod vagiens accepimus, sensim in dies adolescere perga. Ut autem ad florentiorem etiam perveniat statum, animi nostri sensus aperiendo, significamus, nullos in posterum in Ecclesiastico coetu admittendos esse, minusque ad Majores Ordines promotum, iri, nisi, quoad nos opportunum dignoscemus, in Seminario ad assequendas literas incubuerint. Complures enim (referre pudet, sed ad dicendum tamen impellimur, ne aspernum fortasse nimis, aut a paterna videatur lenitate manda. tum istud alienum,) complures invenimus in Sacris constitutis, ulterioresque Ordines appetentes, qui etiam Canonicos Juri dare se operam dicerent, re tamen vera eo rudes inventi sunt, ut non ullum modo de Canonicis Jure, aliisve discipulis, sed nec de iis, quae suscipiendum Ordinem respiciebant, nec de potioribus Sanctae Fidei nostrae Mysteriis, iudicium proferre valuerint.

Nullus itaque deinceps ad suscipiendos Ordines accedere praesumat, nisi scientiis, bonisque moribus praeditus, sese tanto Ministerio apprime dignum agnoverit, tunc enim ab ingressu eum Seminarii immunem faciemus. At si quis, velut saepenumero, promoveri, ignarus, petierit, & examen propterea subibit, comprimendae profecto poenas audacieae luet potius, quam ad Ordinem admittatur.

Hac ratione Clericorum certe utilitati, sed parum Seminarii decori, ac securitati consuluisse videremur, nisi necessariis quibusdam regulis, ad quas praescribendas jamjam festinamus, eadem induceremus.

Cavetur igitur, ne quis in Seminario recipiatur, de cuius ingenio non optimi virtutum fructus exspectari possint. Et quoniam in quibuscumque admittendis non proba tantum futurae specimen virtutis indoles respicienda est, quantum suavitatis morum, vitaque honestatis habenda sit ratio:

tio : idcirco quicumque recipiendi una cum supplici libello nobis porrigendo , quo opportuna ingrediendi facultas postuletur , attestationem de vita , & moribus a proprio Parocho exhibeant .

Ingressurus autem , si sit ille Convictor, idoneam praestet cautionem de anticipata per singulos trimestres solutione : verumtamen cum eadem satisatio neglecta, vel prorogata fuerit , fidejussor requiratur , eoque renuente , Convictor , post expiratum trimestre jampridem solutum , illoco abjiciatur . Si vero sit Alumnus , & tunc ei pro toto permanzionis tempore per magis idoneam , paratioremque Ecclesiasticam personam de alimentis fidejubeatur , itaut si idem ante , vel post absoluta studia discesserit , nec Seminario , ut par est , acceptum beneficium , eidem per triennium gratis inserviendo , retribuerit , vel ad Sacros Ordines promoveri non curaverit , in Satisfactores ipsos quamparatius possit esse Judicium .

Sit necessaria etiam unicuique intraturo supellex , libri , videlicet , quibus in gymnasio uti debeat , & in primis Officium Beatae Mariae Virginis . Unus deinde brevis nigri coloris laneus habitus , palliumque itidem nigrum ad talos usque , ejusque longitudinis altera violacea vestis , cui obstringendae simile fericeum cingulum adhibeatur . Defera- tur lectulus plane instructus , parvum scamnum , mappae , indusia , & sudaria quotquot opus fuerint . Nihil ejus denique , quod ad elegantem , modo honestum , moderatumque pertinet operimentum , deesse , nihil debet superesse , quod inordinatam , minusque plausibilem sapere luxuriem queat .

Haec Puerorum praesertim necessariis tradita jam satis superque sufficiunt , cum nihil praeterea eorum sit , quam propinquos honesto habitu tegere , & Seminarii securitati pro illorum victu prospicere ; de cetero enim rectae Puerorum institutioni est optime consultum .

De Sacramentis in genere.

C A P. XXVII.

SAcramenta a Christo Domino instituta sulcra sunt, ducesque ad salutem, cum ex iis, veluti a quodam perenni aquarum fonte, tota Coelestis gratiae affluentia diminet (a), Fidelibusque in spectabili forma invisible Divini Luminis, animam illustrantis, donum conferatur. Ea itaque cum Sanctissima, tum Sancte quidem tractanda sunt; ideoque Parochi, sive alii Sacerdotes, praescripta eadem materia, & forma, ac vera actuali, vel virtuali intentione, qua nunquam destituantur, servatisque omnibus Romano Rituali, statuimus, eadem Sacramenta tam religiose ministrant, ut peccata, si quibus detenti fuerint, sollicita confessione abluant, vel purissimo saltem Contritionis actu, necessitate, urgente, detestentur, ne, dum a liorum bono prospiciunt, proprium damnum exquisisse videantur; quoniam (b), ex Nicolao Papa: *Mali bona administrando, se tantummodo laedunt: & cerea fax accensa, sibi quidem detrimentum praefat;* aliis vero lumen in tenebris administrat, & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium praebet.

Claves, sub quibus Sacramentorum latet materia, a Parochis tantum, sive, iis legitime impeditis, ab Oeconomis a nobis deputatis, vel a substitutis, prout in superiori Cap. de Archipresbyter., sive Parochiar. cur. & vigil. sancivimus, constodiantur, itaut nefandis prorsus sceleribus aditus occludatur:

Sacra vero olea a Cathedrali dumtaxat nostra recipiantur, de coque a quinta in Coena Domini Feria per Dominicam, in Albis Parochi current. Mittatur autem ad ea sumenda Sacerdos, vel e Sacro aliquis Ordine, cui decens tradatur vasculorum capsula, clavi obserata, neque clavis ipsa libere,

so-

(a) *S. August. lib. X. de Civ. Dei, cap. 5.*, & *C. Sacrificium XXXII. de conf. diff. 2.*
Conc. Trid. sess. XIII. cap. 3.

(b) *C. Sciccatansibus V. caus. 13. quæst. 2.*, & *Erat. in C. Remissione XXXIX.*
¶ Si ergo, caus. 1. quæst. 1.

soluteque , sed in obsignatam chartam inclusa tam a Parochis , quam a Cathedralis Oeconomio latori credatur .

De Sacramento Baptismatis .

C A P. XXVIII.

Nulla est tam firma innocentia , quae , diabolicis fortassis insidiis exagitata , infirma tandem reddi , foedari que in Creatura non possit . Acerba nimis ejus rei supereft universae naturae memoria ; Primi enim Parentis nostri simplicitate concussa , eversaque , tam lethale illius vitium vulnus in nos derivavit , ut fuissimus omnes deperituri , nisi infinitae bonitatis totius Orbis Redemptor Dominus noster Jesus Christus irreparabili alioquin damno consuluisset . Instituto itaque Novae legis Sacramento Baptismate , cuius antiqua illa Veteris Testamenti Circumcisio fuit indicatio , & figura , amplissimam aperuit viam , qua ab illata per Adam calamitate se quisque subducere , & ad pristinum integritatis locum redire posset . Prima hinc , jure , Baptismus tabula , meritoque appellatur (a) , Sacramentorum janua , eam enim si quis ingressus non fuerit , nec vitam profecto poterit adire (b) , Veritate testante : *nisi quis renatus fuerit ex aqua , & Spiritu Sancto , non potest introire in Regnum Dei :*

Rectam propterea illius administrationem exigentes , edicimus , Baptismi Sacramentum non alibi , quam in Parochiali cuiusque Nascentis Ecclesia a proprio Parocco , vel ab alio idoneo Sacerdote , de ipsius licentia , conferendum esse , comedumtaxat excepto casu , cum de immatura infantis morte dubitetur , tunc enim , qui domi dignior fuerit , itaut Sacerdos Laico , Laicus foeminae , anteponatur , debita forma , materiaque usurpata , & cum deliberatione id agendi , quod voluit Ecclesia , ejusque docuit magister Christus , partum Baptizet , coque tantum nondum edito obstetrix ob honestatem ,

(a) *Gloss. in C. Quicumque , verb. Baptizari , §. Et quare , diff. 77.*

(b) *Joann. III. 5.*

Statem, vel alia foemina locum habeat.

Parentes moneant Parochi, ne diu infantes, agitur enim de tota salutis re, sine Baptismate esse permittant, sed ad Ecclesiam, quantocius poterunt, regenerandos adduci current, excommunicationem latae sententiae, quam hic ferimus, proponendo iis, qui ultra novem dies natorum Baptisma distulerint, vel, ante expletum infantium biennium, ipsum in eodem toro retinuerint, absque ligneis illis repagulis, quibus puerorum oppressio vitari solet.

Sanctorum nomina natis esse imponenda doceant, ut postquam adoleverint, eosdem sibi imitandos proponant. Adjiciant, quae ad Baptismum probe perficiendum requiruntur, formam, videlicet, non aliam, quam ab Ecclesia prescriptam, iis verbis: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: conclusam; materiem, quae nihil ultra puram, & simplicem aquam admittit; inque ministrante intentionem totam Sacramenti sustinentem vim.* Parochi autem ipsimet praedicta, e Romano Rituali cumulatius accipienda, quamuberrime calleant.

Obstetrics, quae ad officium ejusmodi, nisi praevio examine, non sunt admittendae, saepius, serioque de necessariis ad hoc Sacramentum informent, easque a salutaris aquae ministracione, exceptis recensitis necessitatibus, abstinere praecipient.

Baptizatos domi, curent nihilominus ad Ecclesiam deferri, ut omnes rite ceremoniae persolvantur. Cumque de valida Baptismatis collatione in ancipiti esse contigerit (a), sub conditione iterum Baptizent, Baptizatosque ipsos in Parochiale Codicem referre meminerint.

Suscipientium, quos Patrinos dicunt, numerus (b), duos tantum confirmatos, & decimo-quarto maiores anno complectatur. Eorum sit ineuntes aerate pueros de necessariis ad salutem sedulo monere (c), ac datae iis coram Deo fideiusionis partes diligenter explere. Verumtamen Parochi eos

M

affi-

(a) *C. Parvulos de conf. diff. 4.*

(b) *Conc. Trid. sess. XXIV. cap. 2. de Reform. Matrim.*

(c) *C. Vos ante, de conf. diff. 4.*

affidue hortentur , ut puerorum de Sacro Fonte susceptorum gressus in via salutis , & veritatis , omni studio dirigere co- nentur . Id tamen cum a rudimentorum Fidei ignari consu- lere sibi non valentibus praestari nequaquam possit , idcirco iidem ad suscipiendum infantes non admittantur .

Nullo unquam Monachi , aliique Regulares pacto ad Su- cipientis officium , tametsi de Superiorum licentia , recipian- tur , cum Ordinum Superioribus nulla sit (a) , Pontificiis Sanctionibus , obseruendi facultas . Parochi propterea eos om- nino rejicant , sub poena aureorum decem .

Quum aliquis baptizat , id , quod a plerisque per Dio- cesim non observari comperimus , Baptizandorum Cathe- chismos ad Ecclesiae januam , Patrinis foris consistentibus , proferat .

Baptismalium caeteroqui Fontium custodiae , ac elegan- tiae cum satis in anteacta visitatione jam prospexerimus , ideo nihil modo reliquum videtur , nisi ut eadem , quae tunc decrevimus , strictius in Domino commendemus .

De Sacramento Confirmationis.

C A P. XXIX.

SAlutari Baptismatis respersus unda , Sectatorem se Chri- sti professus est . Verum cum ad extremum usque vitac discri men cum oporteat adversus mundi illecebras terrenis in castris armatum manere , ut acerrimi queat hostis insidias evadere , incursionibusque strenue occurrere , nullo supe- randa impetu appetenda , & athletarum more acrius distin- genda sunt arma . Eadem cum provida Domini nostri Jesu Christi misericordia in Sacramento Confirmationis ultro be- nigneque obtulerit , ut unusquisque ad diabolicos retuden- dos insultus fortis , & paratus apprime fieret , re proinde ipsa satis in apertum venit , quanti referat , ut unicuique Sa- cramenti hujus robur adjiciatur . Confirmatione propterea ut

(a) C. Non licet , & seq. de conf. dif. 4

ut omnes praemuniri se velint, hortamur: nos enim, quibus illius ministratio commendata est, sicut conferenda nunquam defuimus, ita, Deo dante, nec in posterum deferrimus.

At quoniam a pueris confirmandis minime ut plurimum Sacramenti illius efficacitas dignoscitur, ex quo idem nomina, qua decet, reverentia suscipitur: idecirco Achipresbyter Cathedralis nostra Tursiensis, cum prope Dominicæ dies Resurrectionis adfuerint, Confirmationis partes accurate studeat explicare. Id Dioecesanis quoque Parochis munieris incumbat, quotiescumque Sanctæ visitationis edita fuerint promulgata; ad praescriptum novissimæ Sanctiionis Sandissimi Domini Nostri BENEDICTI XIII., Paschali quotannis in Civitate, ac tempore per Dioecesum visitationis, Confirmatio a nobis ministrabitur.

Ad hoc Sacramentum recipiendum septennio minorēs non accedant: Septimum vero annūm prætergredi, antequam confirmentur, peccata confiteantur, ut Spiritus-Sancti gratia, quae purissimis tantummodo haeret animis, Piis confirmandi votis enixius advocata, ita usque cordis perturbationa dulcissime invadat, atque transverberet.

Unus tantum ejusdem sexti Patrinus sit, fit aut mares non nisi pueros, foeminae prætor puellas non præsentent.

Catholicarum rudes regum, censuris obnoxii, & publicis criminibus inquinati, non minus a præsentando, quam a Sacramento recipiendo refellantur.

Nec Confirmando parens filio; nec accendent maritus conjugi, vel contra manum humero imponat. Ab impositione hujusmodi Spirituali exoritur cognatio, quæ a Baptismate, eaque Matrimonii est impedimento.

Regulares, velut in superiori Capitulo mandavimus, Patrii nunquam subeant partes.

Ab alienis Praelatis, five Dioecesis Abbatibus, quovis titulo speciosiori decoratis, & quemcumque usum, consuetudinemve prætentibus, Confirmationem, absque licentia nostra, nemo recipiat.

Parochi tandem , quam Confirmatio a nobis ministrabitur , duos sicutem idoneos Clericos deputent , qui Confirmatorum , Patronorumque nomina , antequam iidem ab Ecclesia discedant , describant . Ipsi pariter meminerint , intra statutum diorum quindecim spatium , singulos Confirmatos in Ecclesia per Clericos descriptos , servata formula Romani Ritualis , in Confirmatorum librum redigere .

De Sacramento Poenitentiae.

C A P. XXX.

Solemni licet obstrictus pollicitatione , quamvis ingenti propter Dei misericordiam robore , ut satis anteactis Constitutionibus palam redditum , Fidelis adactus ; serpentis tamen instigationibus , quibus se abdicare fassus est , post receptum sanctum in Baptismate Spiritum , postquam multo etiam gratiae praesidio per Confirmationem cumulatus est , quam faciles patet face aures non dubitar . Insidiis inde superatus , tenenda aeternat salutis castra non modo refugit , vel terga nequiterdat , sed inanibus prorsus blandimentis allectus , hostibus ipsis arma , pedeique in vinculis coniiciendos utro exhibet . Nec , durae mancipatus doctionum scivit , quae si quoque peccatorum iugo corda reuinctus , de recuperanda quidquam cogitaret libertate , sed veteres nova incredibili coecitate nexus magis magisque implicaret , germinaretque , si infinitae Deus largitatis veluti iustos confovet , ita potiori non prosequeretur adjumento , quos peccatorum sovit vinculis attigatos , quicis sane solvendis , nec impio , humanam inidus naturam , labori pepercit , inquit pretiosi innocentissimi largiter pro peccatoribus effusi crux rationem habuit ullam .

Nihil propterea mirum , Poenitentiae Sacramentum , a quo , splendidissimae lucis instar concretiores trimum tenebras dissolventis , tantum lapsis est mortalibus subsidium , Christum Dominum instituisse : qui enim (insigne amoris monumen-

numenut !) ignominia confortam mortem subire non dubitavit , ut eam , quam peccatum derivarat proflus eriperet , humanarum tenuitatem virium benigne , prospiciens , sublatumque jam malum regerminaturum praenotescens , salutibus eidem remedii voluit esse consultum .

Mortuus itaque gratiae homo ab immunda peccati caveat emergat , & quam in ipso seculi corruptio mortem operata est , pura & sollicita studiat confessione superare . Id autem , ne a malum foveatibus , qui equidem aliquando inventi sunt , negligatur , praedicent quam saepissime Parochi Poenitentiac Sacramentum ad effringendas tenebras hostium catenas , pristinumque recuperandum gratiae donum , institutum esse .

Populum ad expiandam animam , evomendumque scelerum virus validis jam cohortationibus incitatum , mox , diebus praesertim Festis , in Poenitentiali Sede , quam Confessionarium vocant , a quo arma quaque procul absint , benignissime audiendum excipiant , currentque , ut juxta gentis frequentiam , alii sicut etiam in Templo Sacerdotes ad idem munera parati .

Nullus autem sive Secularis , sive Regularis , quocumque titulo , Sacramentum hoc ministrans praesummat in hac Diocesi , nisi ei speciali nostra licentia , praevio examine concedenda , potestatem fecerimus .

Nec antequam dies illuxerit , nec postquam defecerit , mulierum confessiones audiantur . Nunquam extra Ecclesiam , ibique in Poenitentiali dumtaxat Sede , patenti in loco posita cui cupreæ , vel stamno-ferreae crates spisse perforatae adhaereant , Cum aliter vero necessitas suascerit , utpote si eadem aegrotarint , tunc enim domi auscultandæ , fiat quidem , sed januis ita adapertis , ut facile conspicí , non autem ab aliis intelligi possint .

Meminerint omnes , qui ad audiendas Fidejum confessiones fuerint destinati , poenas in Constitutione Sanctæ Memoriae Gregorii XV. decretas contra sollicitantes ad turpia , sciantque , easdem ad acriore usque supplicia pro infando , quod

quod procul esto, facinore nos exacturos.

Mysteriorum Fidei ignaris, vel absolutionis beneficium non impertiantur, vel Poenitentiae loco, necessaria saltem Christianae Doctrinae rudimenta ab iis addiscimandent. Eosdem Sacramenti doceant utilitatem, perscrutandae conscientiae rationem, opportunos doloris actus.

A promulgatione Synodalium harum legum, firma tamen remanente facultate confessiones audiendi, cesset unicuique potestas absolvendi a casibus, quos subjicimus, & cuiusque Poenitentiali Sedi assiduo defixos manere mandamus, itaut nullus in posterum ab eis absolvere praesumat, sub poena excommunicationis Romano Pontifici reservatae, nisi opportunam prius a nobis licentiam obtinuerit. Sunt autem,

Casus nobis reservati, quibus annexa est excommunicationis latae Sententiae.

Homicidium voluntarium perpetrantes per se, sive per alium, & iis praestantes auxilium, consilium, & favorem.

Procurantes abortum foetus animati, effectu tamen sequento.

Sponsi, & Sponsae ante benedictionem Parochi rem simul habentes.

Blasphemantes Deum, Beatam Virginem, vel Sanctos ex prava consuetudine.

Falsum testimonium in judicio proferentes, & ad idem alios inducentes consilio, vel opere.

Perpetrantes veneficia, sortilegia, incantationes, fascinaciones, ligaturas, & ejusmodi cum expressa demonis invocatione, & eadem adhibentes in solvendis maleficiis.

Abutentes per se, vel per alium Sacramentis, & Sacramentalibus, aut quacumque re Sacra in divinationibus, sortilegiis, maleficiis, & quavis alia re illicita; item dantes ejusmodi res Sacras in hunc finem, etiam effecta non sequento.

Decimas nostrae mensae Episcopali debitas prout hucusque solvi consueruerunt negantes, aut quomodo cumque fraudantes.

Car-

Casus reservati, quibus annexa non est
excommunicatio.

Publici Concubinarii utriusque sexus.

Usurarii publici, & Notarii contractus usurarios con-
fidentes.

Incestuosi in primo, vel in secundo gradu consanguinitatis, aus-
affinitatis.

Sodomiam exercentes, vel cum brutis coēuntes.

Incendiarii frugum, & arborum fructiferarum.

Adulterantes scripturas, & in judicium eas proferentes.

Occultantes, vel non solventes legata pia, & amoventes alien-
rum animos ab iis constitutis in mortis periculo.

Pervertentes ultimas Fidelium voluntates.

Excommunications omnes Summo Pontifici reservatas,
quae priorem locum obtinere debuerant, reticuimus, tum
quia alibi passim legi possunt, tum quia inani cognitarum
rerum repetitione non videntur aspergendas paginae.

Medici, quibus corporalis infirmorum salus commenda-
tur, de aeterna etiam illorum cogitent. Iisdem propterea
suadeant, ut a potiori, simulque magis tuto Sacramenti hu-
jus remedio curationem incipiant. Hortamur ergo eos, nullum
sub poenis in Apostolicis Constitutionibus sanctis,
quarto adcant, quem non cognoverint adprobato alicui Sa-
cerdoti confessum fuisse. Id tamen intelligant tum tuncum
ob oculos habendum esse, quum de ancipiti agitur valetu-
dine, non vero quum de morbo, ob quem, secundum ex-
perimenta medicinae, dubitari de morte non potest.

Ad animarum postremo Curatores denuo festinatus, quo-
rum munia durius perstringimus, exigimusque ab iis, ut
frequenter, sed toto praesertim quadragesimali tempore,
Festis, aliisque diebus, quibus proficere posse judicaverint,
accitis pueris, & puellis, ut nosque in rebus ad hoc Sacra-
mentum pertinentibus erudire quam diligenter satagant.

Digitized by Google

De Augustissimo Eucharistiae Sacramento.

C A P. XXXI.

CUM Sacratissimi Dominici Corporis, & Sanguinis præstantiam, atque majestatem nulla unquam valeamus ratione proferre, ejus enim dignitas silentio satius, quam verbis complecti potest; dixisse illud superfit, Sacramentum hoc tanto aliis dignitate praestare, quanto sentimus authorem gratiae Deum derivata ab ipso gratia esse majorem. Nam cum a caeteris Sacramentis, velut a quibusdam rivulis e fonte manantibus, salutarem gratiae lympham summis tantummodo labiis exaurire videamur, quid cum immensum gratiae ipsius pelagus ad saturitatem usque perpotabimus? Nihil (a), ex Sacris Canonibus, in Sacrificiis majus esse potest, quam Corpus, & Sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, & sicut potior est caeteris, ita potius excobi, ac venerari debet.

Eam itaque venerationem, illumque cultum majori, quam possit, pietate exhibendum esse doceant Parochi. Cum vero Sacramentum hoc infirmis circumferendum est, universos mandent Clericos convenire. Debito autem, cum jerit, honore prosequatur, nec modo populi per assuetum campanae sonitum evocandi adsit frequentia, sed octo saltus cereae faces, quatuorque simul accensae laternae hastis superimpositae, quas nulla ventorum vis extinguere possit, deferantur, serveturque, ubi fieri potest, optima illa mox inducta in Civitate Tursensi consuetudo, ut musicis, nempe, instrumentis Regum Rex comitetur.

Cum exponi de more oporteat in Parochialibus (in aliis enim Ecclesiis nequaquam licet, nisi nos permiserimus) propria Fidelium pietas per Parochos itidem excitetur, ut frequens convenientat in Templum populus Deum vivum, & verum sub visibilibus panis speciebus latitatem humiliter adoraturus.

Por-

(a). C. Nihil VIII. de conf. dif. 2.

Porro in id peculiarius incumbant, ut commissus eis grex, validioribus impulsus adhortationibus, ad cibendum crebro gratiae fontem acceleret. Et quoniam periti quidam homines, Christianum nomen, ad pompam veluti, retinentes, non modo Sacraenta non frequentant, sed suavissimo Ecclesiae praecepto, statuto tempore satis non faciunt, perinde ac si dubitent inveteratum peccati morbum ex anima depellere, & diabolum, cui libentissime spoponderant, per occursum ad salutaria remedia decepturum: Parochorum propterea aequae sint partes, accidente Dominica Resurrectione, Populos de Praecepto explendo monere. Quod, si octavo a Dominica in Albis expirato die, illud a quoquam posthabitum fuerit, ad Curiam nostram illico deferatur, ut per Ecclesiasticas Censuras impium hominum genus cohiberi, & ad rectum salutis trahitem possit revocari. Sint autem vigiles Parochi, ut inobsequitibus hisce, sive potius infra delibus, tales enim sese opere profitentur, nulla cogitatione connivere; quinimmo, ut ii detegi facilius possint, veterem servent morem, schedulas a se subscriptas per fidissimum Clericum, sive potius per se ipsos praecepto exemplibus distribuendi.

Mulieres publice inhonestae, nisi prius vera poenitentiae signa per congruum temporis lapsum ediderint, a Sacramento arceantur. Excommunicati quoque, & palam in Concubinatu vitam trahentes, Foceneratores, Blasphemi, Sortilegi, & publici id genus peccantes, sub gravibus arbitrio poenis contra Parochios, rejiciantur.

Decentissimum sit cuique Parochiali Tabernaculum, in quo inaurata Pyxis, quae saltem sex contineat assiduo Sacros Orbiculos, Particulas dicunt, octavo quoque die renovandos, asservetur.

Throniculus, vulgo Baldacchino, cui, quum venerabile Christi Corpus expositur adorandum, radiata argentea Sphaera, quam vocant Ostensorium, superimponitur, si Parochialibus desit, post tres a publicata Synodo menses, omnino comparetur, itidemque mantelia in generalibus Communio-

munitionibus populo apponenda.

Ad Coelestem primo mensam evocaturi pueri, & puellae, summo studio, ac diligentia a Parochis erudiantur, juxta normam, quam tradimus in Appendix, num. IV. Nunquam vero ad assumendum vivum verumque Deum, cuius in conspectu tremunt Angeli, progressum ab iis fieri concedant, qui septennio minores fuerint, vel impares devoto alicui erga tantum Sacramentum affectui coacipiendo.

De Sanctissimo Missae Sacrificio.

C A P. XXXII.

Maxima Fidelium dignitas est, quibus refectio Panis Angelorum ministratur: ea vero crescit in immensum in Sacerdotibus, qui non modo Coelesti hoc cibo quotidie vescuntur, sed & Sacratissimum Christi Corpus conficiunt, aſſiduo tractant, aliisque dispensant. Ex his igitur, quanto eorum vita caeterorum pietate praefrantior futurabit, nemo est, qui non videat. Quandoquidem tamen ejusmodi aliqui correpti sunt mentis tenebris, ut propriam nihil attendentes dignitatem, populis, quorum, integritate, ac virtute, mores deberent informare, nullum integratatis, nullumque virtutis proponant exemplum, quia potius vitiosos, gentibus exemplo quidem, sed eodem penitus malo praeceſſe videantur.

Illud propterea in primis curent, ut insigni, quam a Domino receperunt, bene respondeant dignitati, atque, ut cum omni tempore, tum praecipue in Ecclesia mores, actusque omnes ita componant, ut Fidelium devotio tanto possit succrescere, quanto debet ab ipsorum religione cumulatius excitari.

Sacrum proinde facturi, actionis illius examen gravitatem, caue ratione, suborta plerumque scandala satagane evitare. Perspectum siquidem habuimus, quosdam aliquando irreligiosos Sacerdotes eo pervenisse, ut, ingresso vi-

Sa-

Sacrario, bonum quemcumque ordinem anteverterint, quippe qui, indutis festinanter Sacerdotalibus vestibus, nec debita fortassis praeparatione praemissa, certatim contendunt, quinam foret prior egressurus ad Aram. Huc igitur spectat, ut eos serio moneamus, ne de rebus hisce in posterum dissideant, sed Superiori inferior, quique ultimus advenitur primo jani expectanti, inter aquales, det locum, ita ut populi commoditati prospiciatur (destruitur enim hoc commodum per plures insimul prodeuentes Sacerdotes,) & quam requirimus, modestia servetur, Sacerdos autem ab aliis non impulsus id, quod asturis est, accurate expleat.

Nullum, excepta Sacratissima Dominicae Nativitatis nocte, ante surgentem auroram, vel post meridiem Sacrum fiat.

Mane, diebus Festis, novo per turnum, in quo sexagenarios non intelligimus, in Parochialibus Ecclesiis Missa celebretur, in eaque occurrentes hebdomadae Vigiliae, & Festivitates renuncientur, modo ut, quae eorum sint, rustici, gregumque custodes convenientes possint agnoscere.

Matutina isthac Missa absoluta, nisi aliter Parochi judicaverint, in Ecclesia Majori, sive Oratoriis, aut Capellis intra locorum moenia, corumque ad quingentos passus distantiam positis nulla ultra Sacrificio offerantur, nulloque modo negligatur a Parochis inculcata toties Evangelii explanatio, postquam alii etiam Sacerdotes ad celebrandum prodire poterunt.

Nullo Cleri perpetuo Missarum vinculo se alligent, nobis, vel Vicario nostro Generali inconsultis, qui eam faciemus regulam, ut nisi Ecclesiis expedire plane judicaverimus, assensum nostrum nunquam interponemus. Legata vero ad hunc fortassis effectum pecunia, statim ac per Clerum recepta fuerit, inter communem reponatur, in praediis fructuosis, vel in tutis censibus, de nostra quamprimum voluntate, convertenda.

Eorumdem porro onerum tabella in quocumque Sacrario defixa semper maneat, necnon ubique habeantur bene compacti.

parti codices, in quibus singulæ ejus generis celebrandas Missæ, celebrataeque adnotentur.

Universi denique Sacerdotes semel saltem in hebdomada, & adventientibus Anni Solemnitatibus, velut *in Cap. de vir. & honest. Clericor. praescribitur*, Missam celebrent; si quis enim tertio admonitus Sacrum facere detrectarit, acriter arbitrio nostro punietur.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

C A P. XXXIII.

Attitas altius extollens cervices invidens aeternæ Animarum saluti daemon, quam maxima fuerit Fidelium pietas religioque, eos tamen in angustiis positos, propemodumque deficientes, furenti aggredi impetu non praetermittit. Jamque, comparatis undique ad enecandam languentem animam viribus, rabidis illam morsibus quandoquidem labefactaret, atque corriperet, sed Christus Dominus, acerrimus omnium salutis propugnator, & vindex, etiam in extremis laborantibus, Sacri Unctione Olei, paratum voluit afferretur auxilium.

Parochi propterea piissimæ Redemptoris voluntati (a), Sacrorumque Canonum prescripcis ~~adversari~~ gerentes, quos dubia affectos valerudine compererint, protinus Sacramenti hujus robore adaugeant, aliaque Christianæ pietatis officia impliant, quae sūs in *Cap. de ipsorum vigilancia regensimus*.

Tum vero Sacramento hoc praesto current esse, quum infirmi cibo refecti Coelesti, non integræ modo compotes rationis, sed receptorum super Sacramentorum reverentia suffisi, ad Extremam suscipiendam Unctionem majori anni puritate, ac devotione parati sunt. Verumtamen sicuti repente quandoque ingravescens morbus, caeterorum Sacramen-

(a) C. Illud Superbum III. dist. 95. & Caps. Trid. sess. XIV. cap. 3. de Ministr. Sacr. Extr. Und., & temp., quo huius Art.

cramentorum ut exigatur fortasse remedium non patitur, ita omni sollicitudine curandum est, ne saltem postremum istud deesse possit Sacramentum, quod, cum periculum sit in mora, omissis reliquis Romani Ritualis ceremoniis, illico ministrabitur, forma dumtaxat Extremae Unctionis prolatata, eaque expleta, si tempus adhuc superfluerit, caeteri de more teneantur ritus, omissaeque orationes desumantur. Quod si dubium reliquum fuerit, in firmisae vivus, an mortuus sit, tunc sub conditione, si, nempe, vivus existat, Sacro Oleo perfundatur.

Perfusionis tamen illius non gaudeant beneficio, qui, dum per tempus licuit, Sacraenta respuerunt, & nulla poenitentiae indicia dedere. At vero morituris, quamvis impie vixerint, hominibus, si, amissio loquendi usu, exploratis saltem nutibus, voluntatem in melius properantem indice verint, Extrema Fidelium medicina non denegetur.

Cæterum admissum servetur quicquid a felicis recordationis Matthaeo Cosentino decessore nostro in Synodalibus Constitutionibus Cap. de Extrem. Unction. §. Pro deferendis, usque in finem, sancitum est. Et primo quidem debitum per turnum languentibus ante, & postquam inuncti fuerint a Sacerdotibus, opportunumque adhortationis auxilium praebatur, nec ii unquam, adstante mortis periculo, deserantur. Exinde autem per sexaginta tintinnatim majoris campanae pulsationes, cum vir aliquis in extremis laboraverit, & per quinquaginta, quando mulier in articulo mortis fuerit, populo indicetur, ut per haec signa admonitus, devotas Deo fundat preces pro anima transituri, certus (quod saepè Parochi in memoriam revoquent) id sibi pro eadem opportunitate, a qua nemo immunis, retribuendum esse.

De

De Sacramento Ordinis.

C A P. XXXIV.

PLura pluribus in locis hactenus congeffimus, a quibus facillime Sacramenti hujus sanctitas deduci potest. Illud igitur dumtaxat modo repetimus, quod in Cap. de Puerorum Seminariorum Sancivimus, nullos, nempe ad Ordines in posterum promoturos (intoleranda enim huc nos adduxit quamplurium ignorantia,) nisi prius per congruum spatium, exceptis iis qui literas apprime callent, enixam in Seminario studiis dederint operam. Verum ne practereamus silentio quae in Ordinibus conferendis praesertim inspicienda erunt, quod hic praestandum fuerat, ad ea inferiori Cap. complectenda festinamus.

De Aetate, & Qualitate Praeficiendorum.

C A P. XXXV.

PRIMA TONSURA initiandi, septennio maiores, & Sacramento Confirmationis sint roborati. Christianae rudimenta Doctrinae misericorde calcent: bonis vita, & moribus praeluceant; rationemque saltem legendi, & scribendi cognoscant. Non effugiendi Laicalis Fori cupiditate, sed pio inserviendi Deo ardore succensi, in Clericalem militiam petant aggregari; ideoque, puberatatem ingressi, una cum opportunitis aliis, testimonium quoque ferant, quo plene probent, nullam unquam in Laicali Curia maleficiorum causa sibi fuisse rem.

AD MINORES ORDINES promovendi doceant de ultimo Ordine suscepto, ac de ejus exercitio: quod Ecclesiae, cui fuerunt adscripti, ut par est, inservierint: Christianam Doctrinam, & Sacraenta, juxta Synodales nostras Constitutiones frequentarint: in habitu, & tonsura assiduo incesserint; quodque in literas incubuerint; honeste, laudabiliter.

biliterque vitam traxerint ; duodenique aetatis annum expleverint , si ad Acolythatum sint progressuri .

SUBDIACONATUM appetentes vicesimo primo expirato anno se natos probent ; authenticum, idemque veridicum maxime (sub poena excommunicationis latae sententiae nobis reservatae illico incurrendae , a qua nullus valeat absolvare , etiam si reservatorum facultatem habuerit) praebeant documentum de legitimo titulo , ad quem ordinandi sunt ; item de vita , & moribus ; de Superiorum Ordinum exercitio ; de Doctrinae , Ecclesiae , & Sacramentorum frequentatione ; deque Spiritualibus absolutis exercitiis .

AD DIACONATUM accessuri , cum omnia , quae ad Subdiaconatum requiruntur , tum fidem exhibeant de vera , & reali patrimonii possessione ; quod in ultimo suscepto Ordo ministraverint ; aetatem annorum viginti-duorum attigerint ; & Moralibus quaestioneibus interfuerint .

IN SACERDOTIUM cooptandi constare eadem faciant , quae superius enunciavimus , quodque vicesimum-quartum aetatis annum expleverint .

GENERALITER VERO omnes Beneficiati , & in Sacris constituti , cum ad Ordinationes accesserint , testatum reddant , habere se , prout in Cap. de vit. & honest. Clericor. sanctum est , proprios integros talares habitus ; & superpellicea decentia : Clerici in Minoribus probent , non deesse . Sibi superpellicea ipsa , & pallas , vulgo Manelline , quodque iisdem in Ecclesia , & in Sacris functionibus servare usi fuerint .

Fiant assuetae per Parochos denunciations , sejunctasque absolutarum testificationes ordinandi secum ferant . Pro testimoniis autem omnibus , quae supra requisivimus , tametsi numero fortasse creverint , eadem tamen , quae si quis adhuc Parochis cessit , merces , & nihil ultra pendatur . Idem vero testimoniis gravitatem serio perpendentes , omni vel levissimo mendacio se abstineant ; si quid enim in re sollicitudinis plena ementiti fuerint , Deo primum vindici , nobisque dein graves , etiam carcere , dabunt poenas .

Præ-

Praetereundum modo non est , quod saepenumero in hac Dioecesi contigit , tanta cum Ecclesiastici Ordinis ignomina . Promoventur enim ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem titulo Patrimonii nonnulli , quibus re vera nullum Patrimonium est , sed ad pompam , simulateque tantum constitutum , ex quo extrema illa tum familiarium , tum rerum omnium angustia dimanat , quam multo pluries rubore suffusi deflevimus cum sordidis aliquibus , propeque nudis Sacerdotibus . Ut itaque absurdaria ejusmodi , & fraudes evitentur , Vicariis omnibus Foraneis , a quibus dumtaxat in posterum volumus id praestari , mandamus , ut , quum de Clericorum Patrimoniiis inquirunt , summa utantur industria , ac vigilantia , ut luculentius in Appendice praescribitur , et si Patrimonia aliqua non vera , propria , ac de propriis , vel paternis , vel maternis , vel procul a simulatione donatis bonis , sed ad pompam , ut praemissimus , fictaque esse cognoverint , sub poena excommunicationis latae sententiae , nobis tantummodo reservatae ; quam etiam ad praeficiendos extendimus , ut in superiori §. Subdiaconatum appetentes , opportune ad nos deferre meminerint .

Regulares tandem intra fines Dioecesis nostrae degentes a nullo alio , nobis non praepeditis , Antistite initiari presumant , sed relatum infra Sanctae memoriae Clementis VIII. decretum , sub poenis eodem comminatis , omnino servent .

Decretum Clementis VIII. circa Ordines a Regularibus suscipiendos .

DE mandato Sanctissimi D. N. Clementis , Divina Providentia , Papae VIII. , tenore praesentium , mandatur omnibus , & singulis quorumcumque Regularium Superioribus , ut de caetero observent , & observari faciant ea , quae in Decreto Sacrae Congregationis Concilii Tridentini continentur , cuius tenor est talis : Congregatio Concilii censuit , Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari , quis , praeditus qualitatibus requisitis , Ordines suscipere voluerit , literas dimissorias concedere ,

deret, ad Episcopum tamen Dioecesannum, nempe illius Monasterii, in cuius familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit: & si Dioecesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab ea Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Dioecesanus, vel abfuerit, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verum cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Dioecesano absente, vel Ordinationes non habente, literae dimissoriae dabuntur, in eis utique hujusmodi caussam absentiae Dioecesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non ficerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activae, & passivae privationem, ac alias, arbitrio ejusdem Sanctissimi D. N. Papae reservatas, poenas incurrent. In quorum fidem, &c. Datum Romae die 15. mensis Martii 1596.

De Sacramento Matrimonii.

C A P. XXXVI.

QUAMVIS, susceptis vix Ecclesiae istius gubernaculis, quae nobis, licet immeritis, Apostolica Sedes commisit, nefarium multiplicium nuptiarum, quod *Polygamia* dicitur, facinus, nec unico quidem exemplo comprimere oportuisset; moerorem tamen quam maximum ex eo pereceptum major postmodum exorta nobis laetitia restrinxit, cum non solum, eliminato tunc penitus malo, nulla regerminatura radix superfuerit, verum optato modo cuncta procedant ordine, praescriptaque a Sacra Congregatione quoad Matrimonia leges debitae in integrum exequutioni demandentur.

Haec proinde, ne ullo unquam tempore abeant in desuetudinem, verum, ut ex animo cupimus, cautius retineantur, agitur enim (a) de Sacramento, acque a Christo, Domino instituto, parique modo gratiam conferente, sanctimus.

(a) Conc. Trid. Sess. XXIV. in princ., ibidemq. Can. prim. de Sacram. Matrim.

cimus, ut antequam Matrimonium de praesenti, ut dicitur, contrahatur, assuetae fiant a Parochis trinae denunciations, tribus Festis diebus inter Missarum Solemnia, quum populus frequentior adeat, ut, si quod lateat inter conjuges impedimentum, facile comperiri possit.

Verum cum pervicax hominum insidiator malignos quosdam adhibeat, qui impedimenta, quae nunquam fuere, falso indicare non dubitant, ad piam Fidelium retardandam voluntatem: Nos, collusiones ejusmodi improbantes, excommunicationi nobis reservatae subjicimus quoscumque, astu, vel invidia, aliqua minus vera obstacula in lucem proferre ausi fuerint:

Interim dum Matrimonia publicantur, per Vicarios Foraneos, ad quos in posterum pertinere deoernimus, diligenterissime, ad formam documenti Supremi Inquisitionis Senatus; *De libero*, quem vocant, conjugum *status* inquiratur. Examinent autem tum Sponsos ipsos, tum binos omni exceptione maiores testes, & binas pro illorum omnium exploratione, vulgo *Constituto* drachmas, idest carolenos duos, nihilque eo amplius recipient..

Parochis vero triginta cedant asses denunciationum gratia, decem pro exarando expletarum testimonio, decem, itidem pro quacumque testificatione e Parochialibus Codicibus ad hunc dumtaxat effectum extrahenda; quoniam in reliquis casibus, utpote si ab aliquo testimonium de baptimate, vel aliud petatur, binas pro unoquoque drachmas exigere poterunt. Nullus tamen sit, qui constituta ejusmodi mercede: amplius sibi solvendum esse praesumatur, nisi gravibus arbitrio nostro poenis affici velit.

Eo, quo proposuimus, pacto, oīnāibus ad rem facientibus absolutis, Vicarii Foranei singulas congerant Parochorum testificationes, ac probationibus liberi status adjunctas, Conjugum impensis, ad Curiam nostram pervenire current, ut de ipsius licentia ad celebrandum in faciem Ecclesiae Matrimonium possit procedi.

At cum pauperibus Sanctissima religionis jura suadeant
esse

esse succurrendum , illud a nobis primo , a reliquis deinde praestari aequum est . Mandamus itaque Vicariis ipsis Foraneis , simulque Parochis , ut , absque ulla mercedis commemoratione , necessaria omnia , quae ad Matrimonium perficiendum requiruntur , gratis expediant , quotiescumque idem compertum habuerint a Curiâ nostra fuisse factum .

Porro , antequam Sponsi Matrimonio jungantur , animam a peccatorum labo emundatam , Sanctissimi Christi Corporis accessione , dignorem reddant ad perficiendum in Ecclesia , nisi aliter permiserimus , Sacramentum , tum ne dubitari queat de damnato clandestino Matrimonio , tum ut Sponsi , post Missam , quae pro ipsis celebrari , & offerri solet (a) , debitam a Parocho recipient benedictionem , sub excommunicationis poena , ultra duos a celebrato Matrimonio menses minime differendam .

Hanc autem Parochi benedictionem , nisi aliter requisita fuerint , in Missa privata impertia ntur , pro qua quidem tum , cum pro Sponsis de eorum voluntate offertur , asses dumtaxat decem recipient , nec , exigendae uberioris elemosynae gratia , illos cogant ad benedictionem in Missa Solemani recipiendam .

Extra igitur Ecclesiam nemo conjungatur : nullus vetitis a Sacris Canonibus temporibus : tribus omissis publicationibus nullus , nisi cum justa de causa aliter nos expedire censemus .

Aequitati consonum videretur , quod et iam per amplerem monemus , ut nulla constituerentur connubia , quae parentum consilio non probentur . Attamen cum ex Jure Canonico Matrimonii libertas non sit violanda , neque restringenda , idcirco unusquisque sibi consulat .

Mulieres hortamur , ut , post puerperium , citius quam fieri possit , in Templum se conferant , benedictionem a proprio Parocho suscep turae . Statim vero ac convaluerint , audi dire diebus Festis Sacrum meminerint , illud enim absque letali culpa (quod Parochi in memoriam revocent , quum

O 2

ba-

(a) Conc. Trid. Sess. XXIV. de Ref. Matrim. cap. 10.

baptizant) praetermitti non potest.

Advenae, sive ex aliena Dioecesi ad Matrimonia contrahenda non admittantur, nisi patens proprii Ordinarii testimonium a Curia nostra cognoscendum super eorum statu libero exhibuerint.

Constante Matrimonio, si aliqua detegi impedimenta cointigerit, nobis illico deferantur, ut ad sejungendos Conjuges procedamus, donec Sanctac Sedis Apostolicac dispensationem consequantur.

Illibatam conjuges alter alteri servent fidem, nec eam ullo unquam tempore audeant imminuere, praesertim vero (a), per tori separationem, nisi praecedente Curiac nostrac decreto, quod, meritis causae accurate persensis, interponetur. Est enim jugale vinculum, quod humanis quaque rationibus, raro tamen, laxatur, unaque dumtaxat morte dissolvitur, tanto aliis tenacior, ut (b), teste Apostolo, duo pridem soluti homines eo correpti arctissime perstringantur, nec amplius duplex, sed una tantum duobus in corporibus caro dignoscenda sit.

De caetero, cum pro Pastorali sollicitudine malis omnibus occurrere jam curaverimus, pessimus ille quoque mos non levis murmurationis, scandalique caussa eliminandus videtur, quo usuvenit, ut simul ac Nuptiae constitutae sunt, statim, velut celebratae jam forent, multa surgat inter Sponsos familiaritas, ex quo plerumque fit, ut nondum Solemni Ritu peractis Nuptiis, in tantum Sacramenti opprobrium, & prolis detrimentum, consumentur. Monemus itaque Sponsos universos, ut nimiam hanc familiaritatem velut proximam, quae est, peccandi occasionem declinent: Si enim, quod absit, ita, ante Matrimonium celebratum, familiariter agendo, rem simul habuerint, iis non aciores modo poenitentias, sed & excommunicationem latae sententiae nobis reservatam proponimus.

Hacc ad rem satis, nihilque reliquum videtur, nisi ut ~~sta-~~
~~tuamus,~~

(a) C. Saeculares I. causa 33. quae 2.

(b) Ad Ephes. V.

tuamus, pro Matrimonii incundis tam inter cives, quam
inter caeteras personas, assueta Curiae nostrae emolumenta
solvenda esse, ad formam Taxae Innocentianae, quae in
Curia ipsa nostra pendet affixa, & decreti Sacrae Concilii
Congregationis, quae nobis potentibus IV. Kalendas Fe-
bruarii MDCCXXIV. rescripsit, ut sequitur.

Foris -- Reverendiss. Domino uti Fratri Episcopo Anglonensi
-- in eius vero -- Reverendiss. Domine uti Frater. Relatis in Sacra
Congregatione Concilii literis Amplitudinis Tuae circa preces Re-
presentantium Civitatis Turris, oppidi Sancti Archangeli, & aliarum
oppidorum istius Dioecesis recurrentium adversus Amplitudi-
nem Tuam, ex quo, contra proxim hactenus, ut afferunt, ob-
servatam, demandaverit, quod pro Matrimonii contrahendis
etiam inter cives examinarentur testes super statu libero contrahere
volentium: Eminentiss. Patres, instantiam rejicientes, Ampli-
tudini Tuae rescribendum esse censuerunt, quod hisce facimus, ut
etiam in Matrimonii, quae inter cives contrahuntur, testes su-
per statu libero contrahentium examinari, ac in omnibus Taxam
Innocentianam in sua Cancellaria omnino observari faciat. Ita
exequatur Amplitudo Tua, cui omnia fausta precamur a Domine.
Romae 29. Januarii 1724. -- Amplitudinis Tuae -- Uti Frater
C. Cardinalis Origus Praefectus -- Prosper Archiepiscopus Theodo-
siae Secretarius -- Anglonensi Episcopo.

De Judicibus Synodalibus.

C A P. XXXVII.

STATUTUM est (a), in Sacro-Sancto Tridentino Concilio, ut
in quibuscumque Synodalibus conventibus Judices ap-
prime idonei, aliaque requisita habentes deligerentur, qui
bus a Sancta Sede Apostolica, sive ejus Legatis, vel Nunciis
causae ad Ecclesiasticum Forum pertinentes cognoscendas
committi possint. Nos itaque Sacri ejusdem Tridentini Con-
cilii praescriptis obsequantes, constitutimus, & depuramus in

JB.

(a) See XXV. de Ref. cap. 10.

JUDICES SYNODALES:

- Admodum Reverendum U. J. D. Leonardum Camerino
Archidiaconum Cathedralis Ecclesiae .
- Adm. Rev. U. J. D. D. Philippum Panevino Archipresbyterum
Cathedralis Ecclesiae .
- Adm. Rev. U. J. D. D. Scipionem Picolla Decanum Cathedrales Ecclesiae .
- Adm. Rev. U. J. D. D. Alexium Donnaperna Canonicum Cathedrales Ecclesiae .
- Adm. Rev. D. Dominicum Antonium Digno Protonotarium Apostolicum , Canonicum insignis Collegiatae Ecclesiae Rabatanensis nuncupatae .
- Adm. Rev. U. J. D. D. Nicolaum Altomonte Protonotarium Apostolicum , Archipresbyterum Carbonis .

De Examinatoribus Synodalibus.

C. A. P. XXXVIII.

SYNODALIUM EXAMINATORUM OFFICIUM ANXIA PLENUM SOLITUDINE NON EST QUI NON NOVERIT , EORUM ENIM EST DE ALIORUM SCIENTIA PROFERRE JUDICIO . NOS , QUAMQUAM INTEGRIMOS RELIGIONE , PRAESTANTESQUE DOCTRINA VIROS IN DELECTUM HABERE CURAVIMUS , IIS TAMEN , UT DEBITA TAM VIGILI MUNERI FIDE RESPONDEANT , OB OCULOS PONENDAS NECESSARIO DUCIMUS TRIDENTINAS LEGES , & PRAEFERTIM CAP. XVIII. DE REFORM. XXIV. SESSIONIS , QUOD ATTENTE CONSIDERENT , UT QUAE EORUM SINT , CUMULATE PERCIPIANT . PRAESTENT VERO II , QUI ADSUNT , ANTEQUAM DISCEDANT , II , QUI ABSENTES REPERIUNTUR , QOS PARVO IN MARGINE SIGNO INDICAMUS , ANTEQUAM QUEMQUAM EXAMINENT , JUSJURANDUM IN MANIBUS NOSTRIS DE RITE , RECTEQUE SANTO MUNERE ADIMPLEDO : NOS ENIM JAM PRORONIMUS IN

EXAMINATORES SYNODALES.

Reverendissimum U. J. D. D. Franciscum Grezzi nostrum
Pro-Vicarium Generalem .

Adm.

- Adm. Rev. U.J.D.D.Leonardum Camerino Archidiaconum.
 Adm.Rev.U.J.D.D.Philippum Panevino Archipresbyterum.
 Adm. Rev. D.Joanneum Thomam Giordano Canonicum .
 Adm. Rev. D.Hieronymum Targiani Canonicum .
 Adm. Rev. U.J.D. D.Philippum Brancalasso Canonicum .
 Adm. Rev. U.J.D. D. Joannem Laurentium de Mellis Cano-
 nicum .
 Adm. Rev. S.Th.D. D.Paulum Centonze Canonicum Theo-
 logum .
 Adm. Rev. S. Th.D. D.Marcum Antonium Sydereum Prae-
 suum insignis Collegiate Ecclesiae .
 Adm. Rev. U. J. D. D.Franciscum Antonium Donnaperne
 Canonicum Collegiate Ecclesiae .
 Adm. Rev. U. J. D. D. Hannibalem Maurelli Canonicum
 Collegiate Ecclesiae .
 Adm. Rev. D. Dominicum Antonium Digno Protonota-
 rium Apostolicum , Canonicum Collegiate Ecclesiae .
 * Adm. Rev. U. J. D. D. Franciscum Januarium Sanseverino
 S. Th. Prof. , Protonotarium Apostolicum , Theologum
 nostrum , & Convisitorem .
 * Adm. Rev. U. J. D. Abbatem D.Joannem Leone Cantorem
 Coryleti .
 * Adm. Rev. Abbatem D.Andream Amerise Cantorem Lau-
 rentianae .
 * Rev. S. Th. Prof. D.Januarium Spatiante .
 * Rev. U. J. D. D.Philippum Calabrese .
 * Rev. D. Philippum Asprelli .
 Rev. P. Dominicum Picolla Praepositum Congregationis
 Oratorii .
 Rev. P. Paulum Panevino Congregationis Oratorii .
 Rev. D.Carolum Baldini Archipresbyterum Clari-montis .
 * Rev. U. J. D. D.Franciscum Antonium Bonavita .
 * Rev. U. J. D. D. Franciscum Antonium Marcone Archi-
 presbyterum Senisii .
 * Adm. Rev. U. J. D. D.Nicolaum Altomonte Protonota-
 rium Apostolicum Archipresbyterum Carbonis .
 * Adm.

- * Adm. Rev. U.J.D. Abbatem D.Blasium Giocoli Archipresbyterum Sancti Archangeli.
- * Adm. Rev. Doct. phys. Abbatem D.Michaëlem Giocoli .
- * Rev. Doct. phys. D.Nicolaum Giocoli .
- * Rev. Doct. phys. D.Nicolaum Graniti.
- Rev. Diaconum Julium Sardella .
- * Rev. Subdiaconum Nicolaum Fortunato .
- * Rev. D. Nicolatum Carmando Archipresbyterum Orioli .
- Rev. D. Nicolaum Bavila .
- * Rev. Doct. phys. D.Philippum Giannettasio .
- * Rev. D.Franciscum Antonium Bianco .
- * Rev. D. Josephum de Elia .
- * Rev. D. Augustinum Buglione Archipresbyterum Episcopiae .
- Rev. U. J. D. Diaconum Franciscum Antonium Targiani Cantorem Episcopiae .
- * Rev. Doct. phys. D. Josephum Persiano .
- Rev. D.Carolum Gagliardi Cantorem Sancti Quirici .
- Rev. D. Julianum Cortesano .
- * Rev. D.Gherardum Durante .
- Rev. D. Antonium Finamore Archipresbyterum Castris-Saraceni .
- * Rev. D.Joachim Latronico Cantorem Castris-Saraceni .
- * Adm. Rev. U. J. D. Abbatem D.Jacobum Picinni .
- * Rev. D. Franciscum Giocoli .
- * Rev. D.Matthaeum Sbarra .
- * Rev. D. Ascanium Cascino .
- Rev. U.J.D. D.Dominicum Antonium Delphino Archipresbyterum Spinusii .
- Adm. Rev. Abbatem D. Nicolaum Armenti Protonotarium Apostolicum , Cantorem Roccæ-novæ .
- Rev. D.Josephum Pastore Archipresbyterum Bollitæ .
- Adm. Rev. Abbatem D.Joannem Laurentium Panevino Cantorem Bollitæ .
- Rev. U. J. D. D.Josephum Agresti .
- Et in

EXA-

EXAMINATORES SYNODALES CANTVS
GREGORIANI.

Adm. Rev. Canonicum D. Franciscum Antonium Pascha.

Rev. D. Carolum Gagliardi Cantorem Sancti Quirici, & Magistrum Seminarii.

Rev. Diaconum Philippum Mele:

Placent ne vobis?

Responderunt. Placent.

De Testibus Synodalibus.

C A P. XXXIX.

Ad exactam harum Constitutionum inducendam observantiam, Synodales Testes, & quidem prudentia graves, appetendi sunt: nihil enim latae prosunt leges, nisi, ut eae custodiantur, ex animo curetur. Ipsorum igitur Testium secreto electorum sit, quidquid contra Divinam, Sacrorum Canonum, & voluntatem nostram factum fuerit nobis indicare, qua de re juramentum in manibus eorum, quos deputabimus, praestabunt.

De Poenis, & Constitutionibus Synodalibus.

CAP. XL. ET ULTIMUM.

Nihil ultra ad Divinum confovendum Cultum, nihil ad Ecclesiasticum nitorem adaugendum, nihil postremo ad Spiritualem populorum promovendam utilitatem superesse videtur, quod, recollecta undique virium nostrarum imbecillitate, attingere non fuisset ex animo. At quoniam nulla in ferendis legibus adhiberi potest cautio, ad quam subvertendam illico humana malitia non cogitet; idcirco si quid in iis recensendis, quae ad commissi nobis gregis curam pertinebant, deerimus, cum non id ex animi voluntate, sed ex lingenti potius pertractandarum rerum mole factum

P

fue-

fuerit, nostrum erit, Constitutionibus hinc, quae libuerint, addere, quae supererint, diminuere, quaeque speciali indigerint interpretatione, declarare, ac poenas, quas pluribus in locis reticulamus, pro ordinaria, quam nobis reservamus, facultate, irrogare. Nullus itaque, temerario ausu, quod salubriter pro universalis Dioecesis bono sanximus improbare, immixtuere, emendare, interpretari, siue quicquam contra facero praesumatur. Si quis enim id stulte attenterit, praeter indignationem Omnipotentis Dei, gravissimam quoque judicii nostri animadversionem subiustum se sciat.

Praeteritis Decessorum nostrorum Synodalibus Constitutionibus, eorumque edictis, & nostris, haud secus ac si firmo adhuc starent robore, nisi in eo, quod irritum fortasse fecimus, vel immutavimus, non intendimus, vel in minimo derogare. Si qua vero, quae bonam, Sanctamque respiciunt legem, modo praetermissus, aut si qua post hac emergant novis indigentia remediis, ea, in Sanctis praesertim visitationibus, praestare non obliviscemur.

Ceterum, cum nihil quod firmum sapiat ab infirmitate possit nostra ducere originem, Sanctae propterea Sedis Apostolicae autoritati, Sanctissimoque Patri eidem praesidenti BENEDICTO, cuius sub auspiciis opus hoc aggreditantopere desideravimus, jam modo perfectum, majori, qua possumus animi yeneratione, cognoscendum, emendandumque humillime subjicimus.

Haec sunt Constitutiones Synodales. Placent ne yobis?

Unanimi orationis plausu responsum est. — Placent. Placent.
Ego Frater Hector Quarti Episcopus Anglonensis, & Tur-
sienis, hacc Synodalia Statuta probavi, firmavi, & iis-
dem, quoruna omnium Sessionibus praefui, me subscripsi.
Ego U.J.D. D.L Leonardus Camerino Archidiaconus interfui,
& subscripsi.

Ego U.J.D. D.Philippus Panzivio Archipresbyter interfui,
& subscripsi.

Ego U.J.D. D.Scipio Picolla Decanus interfui, & subscripsi.

Ego

Ego U. J. D. D. Melchior Donnaperne **Canonicus interfui**,
 & subscripti.
 Ego Joannes Thomas Jordanus **Canonicus interfui**, & sub-
 scripti.
 Ego D. Franciscus Antonius Pascha **Canonicus interfui**, &
 subscripti.
 Ego U. J. D. D. Saverius Panevino **Canonicus interfui**, & sub-
 scripti.
 Ego D. Matthaeus Donnaperne **Canonicus interfui**, & sub-
 scripti.
 Ego Canonicus Hieronymus Targiani **interfui**, & subscripti.
 Ego U. J. D. D. Blasius Panevino **Canonicus interfui**, & sub-
 scripti.
 Ego U. J. D. D. Philippus Brancalasso **Canonicus interfui**,
 & subscripti.
 Ego U. J. D. D. Joannes Laurentius de Mellis **Canonicus Inter-**
fui, & subscripti.
 Ego S. Th. D. D. Paulus Centonze **Canonicus Theologus in-**
terfui, & subscripti.
 Ego D. Angelus de Pascha **Oeconomus Parochialis Ecclesiae**
Sancti Michaëlis interfui, & subscripti.
 Ego D. Andreas Guida **Cantor interfui**, & subscripti.
 Ego D. Carolus Baldini **Archipresbyter S. Joannis Baptista**,
Clari-montis interfui, & subscripti.
 Ego D. Cajetanus Guglielmuccio **Procurator Rev. Canonici**
D. Francisci Antonii Salerni, Oeconomi Rev. Rectoris Col-
legiatae Ecclesiae S. Thomae Clari-montis interfui, & sub-
 scripti.
 Ego D. Nicolaus Fortunato **Procurator Rev. Archipresbyteri**
Senisii interfui, & subscripti.
 Ego D. Joseph Bastantio **Cantor interfui**, & subscripti.
 Ego D. Marcus Antonius de Michaële **Vicarius Foraneus in-**
terfui, & subscripti.
 Ego Canonicus D. Hieronymus Targiani **Procurator Rev.**
D. Nicolai Altomonte J. U. D., Prot. Apost. Archipres-
byteri Terrae Carbonis interfui, & subscripti.

Ego U.J.D. Diaconus Franciscus Antonius Targiani Procurator Rev. D. Marii Giordano Cantoris, & Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
 Ego D. Roccus Latronico Archipresbyter Colubrarii interfui, & subscripsi.
 Ego D. Paulus Marsico Cantor interfui, & subscripsi.
 Ego D. Matthias de Bernardo Vic. Eor. interfui, & subscripsi.
 Ego D. Gherardus de Grandis Procurator Rev. Archipresbyteri Terme S. Archangeli, & Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
 Ego D. Andreas la Trecchiena Cantor interfui, & subscripsi.
 Ego Doct. phys. D. Antonius d'Artuso Archipresbyter Rocca-imperialis, & Procurator Rev. Vicarii Foranei D. Bonifacii Santomartini interfui, & subscripsi.
 Ego D. Andreas Tartaglia Cantor interfui, & subscripsi.
 Ego D. Nicolaus Bavila Viearius Foraneus Terrae Orioli interfui, & subscripsi tam meo nomine, quam ut Procurator RR. Archipresbyteri D. Nicolai Carmandi, & U. J. D. D. Caroli Greca Cantoris.
 Ego D. Petrus Antonius Giacobino Archipresbyter Amendolariae interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam procuratorio RR. Cantoris D. Josephi Cavalerio, & D. Leoni nardi Aquilar Vicarii Foranei.
 Ego D. Joseph de Lillo Archipresbyter Terrae Cannae interfui, & subscripsi.
 Ego Joannes Baptista Barletta Cantor interfui, & subscripsi.
 Ego D. Gerardus Campilonga Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
 Ego Archipresbyter Theanac D. Angelus Antonius Guarino interfui, & subscripsi.
 Ego D. Januarius de Nigris Cantor interfui, & subscripsi.
 Ego D. Octavius Ferrari Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
 Ego U. J. D. Diaconus Franciscus Antonius Targiani Cantor Episcopiae interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam uti Procurator Rev. D. Augustini Buglione Archipresbyteri.
 Ego

- Ego Clericus Franciscus Antonius de Neapoli Procurator
 Doct. phys. D. Josephi Persiano Vicarii Foranei interfui,
 & subscripsi.
- Ego D. Joseph Angiolillo Oeconomus, Cantor, & Vicarius
 Foraneus Terrae Noiae interfui, & subscripsi.
- Ego D. Joannes Petrus Troncellito Archipresbyter Nucariae
 interfui, & subscripsi, tam nomine proprio, quam uti
 Procurator R.R. Cantoris D. Pomponii Giacobino, & Vi-
 carii Foranei D. Joannis Baptista Gizzo.
- Ego U.J.D. D. Joannes Baptista Lauria Archipresbyter Sancti
 Quirici interfui, & subscripsi.
- Ego D. Carolus Gagliardi Cantor interfui, & subscripsi.
- Ego D. Julius Cortesano Procurator Rev. Vicarii Foranei
 D. Petri Antonii Caputo interfui, & subscripsi.
- Ego D. Antonius Finamore Archipresbyter Castris Saraceni
 interfui, & subscripsi.
- Ego Clericus Nicolaus Rocco Procurator R.R. Cantoris
 D. Joachim Latronico, & D. Ferrantis Latronico Vicarii
 Foranei interfui, & subscripsi.
- Ego U. J. D. Dominicus Martorano Archipresbyter Sancti
 Martini interfui, & subscripsi.
- Ego Doct. phys. D. Joannes de Simone Vicarius Foraneus
 interfui, & subscripsi.
- Ego U. J. D. D. Dominicus Antonius Delphino Archipresby-
 ter Terrae Spinusii interfui, & subscripsi tam nomine pro-
 prio, quam uti Procurator R.R. Cantoris D. Blasii Pelle-
 grino, & D. Francisci Antonii Delphino Vicarii Foranei.
- Ego D. Franciscus Antonius de Nigris Archipresbyter Cal-
 verae interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam
 uti Procurator R.R. Cantoris D. Dominici Pincitore, &
 D. Caroli de Nigris Vicarii Foranei..
- Ego D. Aloysius Amorosius Archipresbyter Castro-novi in-
 terfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam uti Pro-
 curator Rev. Cantoris D. Antonii la Cava.
- Ego D. Cajetanus de Elia Procurator D. Francisci Caruso Vi-
 carii Foranei interfui, & subscripsi.

Ego

- Ego D. Cajetanus Caschino Oeconomus, & Vicarius Foraneus Roccae-novae interfui, & subscripsi.
- Ego D. Nicolaus Armenti Protonotarius Apostolicus, & Cantor interfui, & subscripsi.
- Ego D. Nicolaus Mango Archipresbyter Francavillae interfui, & subscripsi.
- Ego D. Januarius de Bernardo Cantor interfui, & subscripsi.
- Ego D. Alexander Ingiande Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
- Ego D. Leonardus Ripa Archipresbyter Sancti Georgii interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam uti Procurator Rev. Vicarii Foranei D. Francisci Marii Ripa.
- Ego D. Martinus Ripa Cantor interfui, & subscripsi.
- Ego D. Joseph Pastore Archipresbyter Terrae Bollitae interfui, & subscripsi.
- Ego Abbas D. Joannes Laurentius Panenvino Cantor, & Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
- Ego U. J. D. D. Dominicus Tufaro Cantor, & Vicarius Foraneus Terrae-novae interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam uti Procurator Rever. Archipresbyteri D. Antonii lo Feudo.
- Ego D. Blasius de Amato Archipresbyter Rotundellae interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam uti Procurator Rev. Vicarii Foranei D. Francisci Antonii de Amato.
- Ego D. Ambrosius Rondinelli Cantor interfui, & subscripsi.
- Ego D. Franciscus Russo Archipresbyter Roseti interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam procuratorio Rev. Vicarii Foranei D. Lucii de Urso.
- Ego D. Joannes Paulus Sarandria Vicarius Foraneus Montis-jordani interfui, & subscripsi tam nomine proprio, quam procuratorio Rev. Archipresbyteri D. Francisci Antonii Manfredi.
- Ego Joannes Vitus Caponero Cantor interfui, & subscripsi.
- Ego D. Daniel Odoardi Archipresbyter Alexandriac interfui, & subscripsi.
- Ego D. Donatus de Rago Procurator Rev. Cantoris D. Simeonis

meonis de Mundo interfui, & subscripsi.
 Ego U.J.D. D.Joseph Agresti Procurator Rev. Archipresbyteri Fayalis D.Angeli Pugliese interfui, & subscripsi.
 Ego D. Lucas Melè Cantor, & Vicarius Foraneus interfui,
 & subscripsi.
 Ego D.Donatus de Rago Oeconomus, & Vicarius Foraneus Cerofosimi interfui, & subscripsi.
 Ego D. Joannes Baptista Armenti Archipresbyter Sanseverini interfui, & subscripsi.
 Ego D. Joannes Baptista la Gioja Cantor interfui, & subscripsi.
 Ego D. Joannes Thomas de Salvo Procurator Rev. Archipresbyteri Fardellae D. Francisci Grosso interfui, & subscripsi.
 Ego D. Cajetanus Donadio Cantor, & Vicarius Foraneus interfui, & subscripsi.
 Ego D.Carokus Siciliano Procurator Rev.Curati Castro-regis D.Nicolai Antonii de Lazaro interfui, & subscripsi.
 Ego D.Carolus Tompo Procurator Rev.Curati Farnetac patris mei interfui, & subscripsi.
 Ego D.Donatus de Rago Procurator Rev. D.Antonii de Pace Archipresbyteri Sancti Constantini interfui, & subscripsi.
 Ego D.Camillos Turco Procurator Rev. D.Stamati Scutari Vicarii Foranei interfui, & subscripsi.
 Ego D. Donatus de Rago Procurator RR. D. Juli Osnato Curati Casalis-novi, & D. Antonii Osnato Vicarii Foranei interfui, & subscripsi.

FRA-

FRATER HECTOR QUARTI

*Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus
Anglonensis, & Tursiensis, Universo
Clero hic praesenti.*

Quamquami incep tam jam Dioecesanam Synodum , Deo nobis bene juvante, feliciter absolvimus , itaut eidem , pro collatis in nos indignos famulos suos , tanta liberalitate , beneficiis , immortales gratias agere , & deinde universo nostro dilectissimo Clero benedicere cogitemus ; attamen quia nullum de consecratione hujus Cathedralis Ecclesiae supereft argumentum , immo plures in contrarium urgent prae sumptiones , eamque Solemni ritu Consecrationem peragere jamdiu ex animo fuerat , sed , infirmioribus viribus , aliisque justis rationibus detenti , voluntati ejusmodi nostrae haud facile satis facere poteramus : Considerantes modo majori cum Ecclesiae nostrae decore , vobis omnibus fratribus , & filiis dilectissimis adstantibus , perfici id posse ; prae cipimus , & mandamus , ut nullus omnino vestrum discedat ad propria loca reversurus , antequam necessaria , ut prae misimus ; Consecrationis actio incipienda in crastinam diem , quae erit secunda mensis Maij , hora undecima , expleatur . Postquam vero Cathedralem ipsam Ecclesiam consecraverimus , publicaverimusque de eadem Consecratione decretum , unusquisque , prout sibi placuerit , discedat ; Nos enim omnibus , quibus voluntatem hanc nostram significari voluimus , universa fausta precamur a Domino . Tursii , e Cathedrali Ecclesia S. Mariae ab Angelo Annunciatae , in Synodo Dioecesana , Kalendis Maij MDCCXXVIII.

ORA-

ORATIO

Post Synodum

U. J. D. D. FRANCISCI GREZZI.

*Si ergo audieritis vocem meam....Vos eritis mihi
in Regnum Sacerdotale, & gens Sancta.
Exod. Cap. XIX.*



NIVERSA, quibus mundi machina constat,
quaeque sub creaturarum nomine conti-
nentur, Deus noster Optimus Maximus,
verbo *Fiat* prolatu dumtaxat, existentia do-
navit. Hominem vero creare cum vellet,
perinde ac si maximum is moliretur opus,
& consilium praemisit, & aptato corpore
de luto, ipsi Animam non e subjecta mate-
ria excitatam, veluti cacteris Animantibus, sed suomet ore
Divino inspiravit. O creaturarum igitur miraculum! O Sum-
mi Conditoris re vera deliciae! O animal providum, sagax;
acutum, memor, plenum rationis, & confilii! Sed, proh
infandum Adae flagitium! Ex quo enim appetitum ille in-
rationem armavit, a dotis plenitudine se ipsum, nosque
suam sobolem adeo deturbavit, ut, licet rationis compotes si-
mus, appetitum habeamus hostem infestissimum, quo, li-
cet cernamus bonum probemusque, in mala declinamus,
placetque sensibus magis, quam rationi indulgere. Ut sen-
sus itaque difficilius a ratione disreparent, haberentque
humani actus mensuram, qua ad bene agendum dirigere-
mur, solemnri illo apparatu, primo de Sinai Monte Lex fuit
promulgata, traditum Decalogum, omnium legum epitome
absolutissima, subrogatiique Legislatores, qui & legum

Q

fo-

soverent observantiam, & habent potestatem ferendarum,
 &, juxta circumstantias, inculcarent, interpretarentur,
 innovarent. Inter caeteros, qui tantam deinde sortiti
 fuere autoritatem, Apostolos numeramus, a melioris te-
 stamenti sponsore ad tale fastigium electos; legimusque,
 hos Hierosolymis, prima Synoda coacta, Circumcisionis
 jugum excutiendum decreuisse, praesidente Petro, San-
 ctionisque Conciliaris prima edidisse diplomata. Haud immi-
 nutam continuari in Episcopis autoritatem, pro sua cujus-
 que Dioecesi, docuit nos a cunabulis pene ipsis Sancta Ma-
 ter Ecclesia, tenemusque constanter illud (a) Actorum: Po-
 suit vos Spiritus-Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei: Nee
 latet hunc Sapientissimum Confessum, scriptum esse in Con-
 cilio Neocaesariensi, quod Episcopi Apostolis, Presbyteri
 vero Discipulis Christi in Ecclesiastica Hierarchia succe-
 ssint. Hinc, & ex aliis SS. Patrum institutis debitum in-
 valuit Dioecesim congregandi, praebendique sedulo, & sa-
 lutis monta, & vitac praecepta, & agendorum consilia,
 quibus congregati itidem, & Pastor, & Ovile, ad montem,
 qui Christus est, appellere valeamus. Hinc faustissimus nobis
 hic dies illuxit, quo tu, lectissime Praesul, discusso Dioecesis
 statu, pensatisque circumstantiis, primam coegisti Synodus,
 futuram sane perpetuum animi sui aequissimi monumentum.
 Tradidisti leges, de placuere, iussisti, & obsequenti animo con-
 clamatum est: Tu per aevum glorioius officio, hi vero mini-
 me indecori obsequio. Inter haec, silentii impatiens, a di-
 cendi ardore licet propria me repulerit imbecillitas; tua ta-
 men comitate impulsus, cunctorum benignitati fatus, non-
 nullorum, quos veneror, vode fatigatus, ut morem ipsis-
 gererem, ego minimus omnium surrexi, id exaggeratus,
 quod caeteroqui cunctorum animis insedit, nempe: Idcirco
 leges ferri, ut observentur exactissime: Earum in observan-
 tia, nostram contineri felicitatem.
 Enimvero quia naturalis ratio hominibus est indita divini-

tus, eaquæ dictat societatem humanam subsistere non posse, nisi publicae alicui potestati subdatur, docuit (a) Apostolus Epistola ad Romanos, aliquam non esse potestatem, nisi a Deo. Ecclesiastica vero potestas legislativa, quod immediate a Deo sit, praeter innumera Aeternae Veritatis testimonia, vel hoc suadet: Cum, nempe, ferendis Dei vocibus, tolerandisque majestatis ejus fulgoribus impares simus, ejusdem suavissimæ prudentiae donum fuit, ut homines essent constituti, per quos leges acciperemus, & regeremur. Loquere tu nobis (b), exclamabant Israëlitæ ad Moysen, loquere tu nobis, non loquatur Dominus, ne forte moriamur. Hinc solum quanta diligentia debeant subditi latarum ritus legum observantiae studere dignoscitur, Deo namque resistimus, quando Superiorum Sanctiones eludimus. An quod frustra leges ferantur commentari fas erit? An ideo promulgantur, ut oblivioni, neglectuique consignentur? Hujusmodi insanae mentis opiniones, quae tamen (O perditissimi mōres nostri!) ad actum quotidie perducuntur, & aversatur Deus ipse, & damnavit, quando non aliter suos nos esse patefecit, quam si custodierimus pactum ejus: Nec minus quando tradita Moysi mandata ad populum perferri jussit, ut præclaram illam ab eo confessionem reportaret: *cuncta quae locutus est Dominus faciemus: omnia quae locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.*

Ad rem vero proprius accedendo, innumeræ omitto SS. Patrum Sententias, innumera Conciliorum decreta. Praetereo illud Hieronymi (c): *Rem videlicet, quae præcipitur, esse in necessitate servientis* (d). Canonici textus authoritates non recefso, ubi excusatur institutorum humanorum variatio, tantum propter temporum circumstantias, & magna necessitate, vel evidente utilitate id flagitante. Mitto, inquam, haec, & similia, & ad duo Sacrarum Scripturarum argumenta festino.

Decreta ab Assuero Hebraeorum interneione, ubi, exo-

Q. 2

xante

(a) *Ad Rom. XIII.*

(b) *Exod. XX.*

(c) *Lib. I. contra Jovinianum.*

(d) *C. non debet, extr. de consquin.*

rante Regina Esther exanimi, Assuerum Regem decreti pœnituit: O quam subtili usus ille fuit artificio, ut traditas jam ferales literas irritaret! Sollicitus de Hebraeorum salute, sollicitus exanimi Reginae assentiri; probro iauri metuebat, si legem irritaret. Scribens, idcirco, ad Provincias Regni sui: *Nec putare debetis (inquit) si diversa jubeamus ex animi nostri venire levitate, sed pro qualitate, & necessitate temporum, ut Republicae poscit utilitas, ferre sententiam.* Novis itaque literis (a) præcepit Hebraeos congregari, ut starent pro Animabus suis, & omnes iniunicos interficerent, notumque fieri Provinciis, paratos esse Hebraeos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Cur tot circuitus pro Hebraorum incolumitate? Cur eae excusationes? Cur ad inventum per contraria remedium? Ne suae Rex fieret injurius majestati; ne legem, quae violari non patitur, violasse diceretur; ne Persarum mos in seryandis legibus statutis constans frangeretur.

At si hujus Regis Persæ exemplo commoveri prima fronte dedignamur, ad alterum Sacri Texus Argumentum accedamus. Mandavit Deus fructuum unius arboris abstinentiam. Mandatum primus Parens noster eludit. Ah, vix conditus homo tibi, posteritatique universæ infestus! tam cito mandati oblivisceris? En oblivionis tuae lex durior: *Morte morieris.* Et o quam diuturnam numeramus poenæ hujusc obseruantiam! Dives tandem in misericordiis Altissimus, in remedium peccati Filium suum Unigenitum dedit. Exultat propterea Apostolus ad Ephes. II. *cum essemus mortui peccatis, conseruificavit nos in Christo:* Exultat iterum S. Pontifex Agapitus epist. V. ad Antimum: *Validius fuisse donum libertatis, quoniam debitum servius sis.* Exultet igitur omnis homo: Si enim ob Adæ peccatum decreta fuit mors; cum Verbi incarnatio plus nobis meruerit, quam Adam peccando demeruerat, jam mortis cessavit lex, jam ferale decretum gens humana excutiet. Quantum cessaverit, solidissime nos docet Fides nostra, & nunquam intermisso experimento tenemus. O quam

vc-

(a) *Ebb. Cap. VIII. & cap. XVI.*

verum est, leges ideo ferri, ut serventur! Nunc memoria repetatis velim illud Regis Assueri: Decreverat ille mortem in Hebraeos; at exorante Regina Esther, statuit Hebraeos contra mortem armari. Decrevit Altissimus mortem contra homines; promerente in infinitum Verbi incarnatione, indulxit hominibus fidissima contra mortem propugnacula, indulxit in Christo vincere, cum Christo resurgere, cum Christo regnare, sic, & sapientissimam, justamque mortis legem non violando, & gratiae suae abundantes divitias nobis largiendo per Christum, qui, ut verbis utar (a) Chrysostomi. Satisfactione quam exhibuit, scimillam veluti superfluo mari solvit, & extinxit. Vos nunc appello, o humani Legislatores; Vos nunc, o Subditi, qui leges recipitis, appello. Feruntur ne leges, ut observentur? Deus Deus ipse legum omnium Dominus, earumque observantiam tantopere zelans, quo retuli argumento, custodiendis legibus insudandum plusquam condendis, praepositos instruit, servandarumque legum necessitatem Subditis tam luculenter proposuit, ut si aliter sentire auderemus, o insensati, esset exclamandum, o insensati, quis nos fascinavit? Nec mihi negotium faciliendum suspicor, quod tam grande argumentum ad rem nostram traxerim; leges enim quas accipimus, alium non agnoscent fontem, praeter legem Dei aeternam, illi consonare, curam fuisse agnovimus, ab illa non discordare, oportuit, illius custodiam nos dirigunt, ab ejus violatione nos praeservant, & a Pastore immediate potestatem a Deo agnoscente illas accipimus.

At vero, ne diutius exaggerata necessitas de servandis legibus, fastidium potius earum pariat, quam amorem vel excutiat, vel foveat. Satis itaque de hac necessitate, dicam deinceps de altera, quam proposui sermonis mei parte, videlicet, in legum observantia nostram contineri felicitatem.

Ligamina sunt leges (inficiari quis poterit?) Intuenti vero eas animo fascinis purgato, innotescet celerrime, in tantum esse ligamina, in quantum nos a servitute incurrendam

coer-

(a) Hom. X. in C. V. Epis. ad Rom.

coērcent, ac in libertate fruenda sustinēt. Legūm, idcirco, omnes servi sumus, ut liberi esse possemus, expressit perbelle Tullius. O lignamina, igitur, exoptandissima, nam quo magis vincitis, quo magis nos obstrictos habetis, eo praeclarius felicitatis nostrae munimen protenditis! Certaverē diu Philosophi in tradendo felicitatis subiecto; immo adeo certaverunt, laboraverunt adeo, ut infelices evaserint, antequam felicitatis sedem naſti fuerint.

Tandem, juxta mentem Aristotelis, felicitatem nihil aliud esse tenemus, nisi operationem quamadam perfectissimam virtutum animae, non absque auxilio bonorum externorum, cum honestatis, & jucunditatis societate, in securitate, & prosperitate. Summum ergo bonum attinget homo, ac beatus naturaliter evadet, si perfecte operetur, si bona habeat externa, si honeste, ac jucunde vivat, prosper, & securus. Optima jure merito, ac luculentissima felicitatis descriptio, dignaque, ut a Sapientibus probetur, & amplectatur; quid enim praeterea poterit homo exoptare, ut beatus vivat? Haec est felicitas adaequata, Auditores praeclarissimi, sed o quam sejuncta a nobis, quam idealis, quam remota! Cognovimus quid sit felicitas, sed hoc opus, hic labor est, quomodo eam assequamur investigare. Adeste tamen animis, non labore, non investigatione opus est, ubi presto sunt leges, quae non modo felicitatem pareat, sed ipsammet felicitatem sese esse clamant, itaut Aristoteles ipse meliori consilio usus esset, seque citius expedisset, si in pingenda sapientiae suae coloribus felicitate, legum, legum observantiam, veram esse felicitatem statuisset, quemadmodum longe sapientior Salomon mihi decrevisse videtur, ubi (4). *Lex, ait, est lux, & via vitae, increpatio disciplinae. Qui custodit praeceptum non experietur quidquam mali.*

Et profecto quid cumulavit Aristoteles, ut expressissimam nobis traderet felicitatis effigiem? Velle namque ipsammet profanorum, vel Ethnicorum testimoniiis pandere, solis legibus inesse quidquid ab eo fuit cumulatum.

sc-

(2) *Prov.VI. Eccl.VIII.*

requisitumve. In ea quam retuli juxta mentem Philosophi
 descriptione, quatuor ad felicitatem adaequatam requiri au-
 distis. Primo: Perfectissimam virtutum animae operatio-
 nem. Et hoc unde unquam promanat, nisi a legum obser-
 vantia? Leges sunt regulae humanorum actuum, & ipsae,
 ut eximii juris periti verbis utar, ipsae coērcent, atque in
 gyrum rationis cohibent humanos actus, unde lex appella-
 ta fuit ratio, & converso vocabulo, legis nomen ipsamet ra-
 tio assūmisit. Requiritur secundo ad felicitatem auxilium
 bonorum externorum. At quam validissime auxilia haec
 a legibus descendant, exploratum reddet illa Tullii senten-
 tia, quam in oratione pro Caecinna expressit: *Major, nimi-
 rum, haereditas venit unicuique nostrum a Jure, & Legibus;*
quam ab iis, qui bona reliquerunt, nam, ut perveniat ad nos
*fundus, testamento aliquis fieri potest, ut retineamus quod no-
 strum factum est, sine jure civili non potest:* Hujus tantum sen-
 tentiae vim, & quantum extendi, adaptarique possit inspi-
 ciens, mitto commemorare particularia legum beneficia,
 quibus domitas habere libidines docemur, cupiditates coēr-
 cere, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus ab-
 stinere. Ad felicitatem tertio requisivit Aristoteles honesta-
 tis, jucunditatisque societatem, quae honestas, & jucunditas,
 quam propriissime legis se esse praesferant filias, quamque
 foecunda ipsarum sit lex, & mater, & altrix, luculenter ex-
 dictis appetet, & elucescat clarius ex Ciceronis doctrina;
 quam primo de legibus tradidit, nempe: *ad salutem Civium,*
Civitatumque incolumentem, vitamque hominum, & quietam,
& beatam conduntur leges. Quod idem, ut videtis, quartum
 respicit etiam felicitatis requisitum, securitatem, videlicet,
 ac prosperitatem: Consonatque illud Demosthenis oratio-
 ne prima contra Aristogitonem: *Si leges abrogentur, non so-
 lum Res publica pessum ibit, sed nec quicquam intererit inter no-
 stram, & ferarum vitam.*
 Cuncta itaque sapientissimo a Philosopho requisita ad:
 perfectam felicitatem solis legibus inesse cernitis, vel solis
 Ethnicorum ei similium testimonios. Iis itaque pensatis, cae-
 terisque

terisque ab ipsamet natura nobis inditis, quorum commemorationis omissio, brevitatis consilium fuit, rectissime inferendum fore censeo, legum in observantia, nostram contineri felicitatem.

Quod, si diligentiores ad trutinam revocetur, verum omnino invenietur de legibus in universum; quanto, quanto magis, Auditores solertissimi, legibusque acceptandis congregati, de Synodalibus legibus praedicandum venit? Respiciunt communes leges commune commodum, casusque illos comprehendunt, qui licet possint accidere, non crebro accidunt. At Synodalia jura, nostrum particulare commodum respiciunt, casusque illos intuentur, inter quos versamur assidue, & sunt leges, quibus legum observantia suadetur, urgetur, impellitur.

Mitto verba facere, quod non Platonicas ideas, vel similia, quasi fontem agnoscunt, sed ab eo, in quo felicitatis nostrae est centrum, scilicet a Decalogo, Canonicis a Sanctionibus radices trahunt, itaut si observantiae nostrae infuso creverint humore, legi, legi Dei aeternae nos conformatibunt, deducentque tandem ad illud *adivimus vocem tuam, erimus tibi in Regnum Sacerdotale, & gens sancta.*

At quid ultra vos detineam, Auditores humanissimi, exponendi causa duarum propositionum, quas assumsi, veritatem? Adeo firma inest ipsis veritas, ut non ultra pro argumentorum inventione sit laborandum ad carum probationem, sed potius quae certa, explorataque habemus, commemoranda veniret, unde dicendi finis nunquam adesset. Dixi satis, satis etiam patienter mihi aures accommodasti. Reliquum esset, ut vos orarem, & obtestarer, ut quas acceperitis leges, semper ratas firmasque habeatis; earumque opem implorantibus, observantiae vestrae occurrat auxilium. Sed cum docilitatis, qua estis praediti, doctrinae, & probitatis, qua polletis, fidissima praebueritis undique argumenta, quibus urgentibus, tamquam coronam capitum mei, vos respiciam oportet, cessandum est mihi ab hujus laboris pondere; ac certus quod penitioribus animi vestri in partibus.

ser-

servandarum legum necessitatem, utilitatemque sitis locati; Vos exorando potius duco, ne mihi ingrati animi vitio, vel negligentiae tribuatis, quod ne verbum quidem colendissimo de Antistite nostro fecerim, cuius prudentiac, ac vigilantiae donum est, ea habere Synodalia jura, quae Dioecesis nostrae desiderabant circumstantiae.

Debebam procul dubio de immenso laudum ejus pelago aliquid attingere, vobisque libandum exhibere; nam ita, & suavior vobis haec mora fuisset, & mihi haec dicendi occasio jucundissima. Ipsi vero per molestus evasissem, cum fortissimorum virorum sit in moderatione aemulator. Itaque silui, & quoties in sermonis hujuscē decursu de ipso verba facere surgebat ardor, toties vocem repressi, praecoptavique potius ea me jucunditate carere, quam animum ejus offendere. Enī, igitur, Illustrissime Pater, quid tua mihi attulit praesentia. Adjecit animum, non inficior, ad loquendum de legibus, coercuit tamen, repulitque, ne te, vel gentem tuam attigerem. Silui propterea, & confido fore, ut silentii hujuscē causam probetis, maxime cum altera hujusmodi silentii causa non dēsit, quam ut noscatis, velim, quaeſo, ante oculos vestros ponatis gentilitia Praefulsi nostri insignia, Excellentissimac, inquam, domus ipsius praeclarum Stemma. Orbem in eō cernitis, nostrique in Emisphaerii parte, Volucrem, quae viribus pollens, & ad volandum alacer inibi insedit, tamquam Terrae gyro volatibus feliciter suis absoluto, Europam delegit, ~~incolendam~~, virtutum undique Theatris refertam, unde felicior tandem esset ad astra volatus. O quam perbelle hoc in Stemmate expressam habemus ideam Praefulsi nostri, Majorumque suorum, qui Terrarum orbe, magis virtutum praestantia, gloriaeque laude, quam passibus peragrato, sicuti & ales gentilitia innuit, in Europa quarta Orbis parte considerunt, ea in virtutibus agilitate, ut ad Sydera tantum supersit ascensus. Loquitur, itaque, pro me gentilitium Stemma, loquuntur satis primae notae Historici, loquantur Venetiae, loquatur inclita Melitae Religio, loquatur ardor ille, & sollicitudo,

R

qui-

quibus ad Sponsam hanc suam , ut cernitis , excolandam
fertur; nam ego tot ad volatus, vel sequendos, vel complecten-
dos impar , vos repetendo obtestor , atque cum primis ob-
servandissimum Cathedralis hujusc Capitulum , quem pic-
tas ornat , omnigenae virtutis gloria extollit , & cuius
exemplum Dioecesi universae præfulget , ut completæ jam
Synodi aemulemur observantiam , ac immortales Deo , &
Diocesis Patronæ semper Virgini Omnipotentis Matri, gra-
tias agamus de accepto munere, vigilissimoque Antistiti,
incolumitatem , & felicitatem assiduo deprecemur .



DE.

DECRETUM

*De Celebration Dedicacionis Cathedrales
Ecclesiae.*

QUAMVIS consecratio Cathedralis hujus Ecclesiae, Deo bene juvante, contigerit hodierna die secunda mensis Maij; justis tamen caussis impulsi, autoritate nostra ordinaria, transferimus Officium consecrationis ad tertiam Dominicam post Pentecosten. Ea autem die decernimus, & mandamus celebrari sub ritu duplici primae classis anniversariam ipsius dictae Ecclesiae Dedicacionem, a Cathedrali quidem, eique additis cum Octava, per Diocesim vero absque illa: & ita servari perpetuo volumus, sub poena suspensionis nobis, & successoribus Episcopis reservatae. Decetum, latum, promulgatum ipso actu Consecrationis in Cathedrali Ecclesia Turiensi, adstantibus universis, qui Synodo interfuerunt, VI. nonas Maij MDCCXXVIII.

F. Hector Episc. Anglonensis.

Canonicus Dominicus Antonius Digno Cancellarius

R 2

FRA

FRA E TTORE QUARTI

*Per la Dio Grazia, e della Santa Sede
Appostolica Vescovo d' Anglona,
e Tursi, &c.*

NON suffragarebbe punto, che noi avessimo sino a qui contribuito con tanto sforzo della nostra vigilanza per stabilire una Legge, che ridondasse in gloria di Dio Onnipotente, e in utilità de' Popoli a noi commessi, se della medesima non ne procurassimo insieme la più esatta, e puntuale esecuzione. Abbiamo, col Divino ajuto, a quest'ora felicemente celebrato il nostro primo Sinodo Diocesano, e pubblicate le Costituzioni, che ci sono parse espediti nel Signore: ma perchè abbiamo ancora in molti luoghi del medesimo Sinodo espresso, che dovesse incominciarsi la osservanza, o dalla pubblicazione, o dalla lettura, o dalla promulgazione, e termini simili; perciò, siccome in tutta la nostra Legge abbiamo avuta principal mira al commodo non disgionto dal bene universale di tutta la nostra Diocesi, dimanierache non abbiamo cercato l'impossibile, che sarebbe stato un'atto contrario al paterno amore, con cui distinguiamo tutti; così pensando sempre d'inerire al passato nostro costume, considerato, che difficilissimo si renderebbe il potersi esattamente osservare quanto da noi è stato stabilito in detto primo Synodo Diocesano, senza prima distribuirsi le copie;

Facciamo a tutti palese, e notifichiamo per mezzo del present'Editto al nostro dilettissimo Clero, ch'è nostra mente, ed intendiamo, che le mentovate Leggi Sinodali allora veramente obblighino, e debban'obbligare, astringano, e debbano astringere generalmente tutta la nostra Diocesi, talmente che non possa in qualsivoglia modo pretendersene ignoranza, quando le medesime saranno stampate, e distribuite

buite per i luoghi, ed alle Ecclesiastici; secondo da noi si giudicarà proprio, conveniente, e necessario.

Avvertiamo però, e vogliamo per mezzo di questo, che sia ammonito ciascunq' di osservarle allora tutte, intieramente, appuntino; perchè, intendendo noi, che si abbiano in ogni conto a riformare i costumi, se mai fossero rilasciati, e si debba restituire intiero il zelo dell'odore di Dio, & del decoro Ecclesiastico, se fosse talvolta in qualche maniera intrepidito, è certo, che invigilaremo, e faremo invigilare, quanto mai possa ciascuno persuaderfi, per la totale osservanza d'ciò, che in Sinodo vien prescritto, e procederemo altresì, irremissibilmente, con tutto il rigore all'esecuzione delle pene in esso proposte, e comminate agli trasgressori.

